latas in fiſcū ſiue fiſcales:& impetrans & of
ficiales curiæ principis,qui in his impetrationibus
operam darent,vel ſcriberēt , legitimè puniuntur.
h.d.Primò prohibet impetrationem in genere. Secundò enu
merat quaſdā perſonas,de quibus videbatur magis dubitare.
Tertiò punit officiales talibus reſcriptis conſentientes. Vlti-
mò lex iſta extenditur ad alias res fiſcales. Secunda ibi,& ſi in
teſtat⁹.Tertia ibi,ſed vir.Quarta ibi,ſed pari forma. & eſt lex
1 iſta quaſi gloſſa,& declaratio legis præcedentis.¶†Circa pri-
mam partem quidam habent in principio legis , omne enim.
& ſic videtur continuari ad precedentes.alij non habēt enim.
ſi habent,ponitur inceptiuæ.nam leges C. non continuantur
ad præcedentes.dicit glo.& ſ.de teſtib.l. quoniā liberi. ¶Itē
ex principio & ex fine collige differētiam inter iſtam legem,
& præcedentē Nam præcedens loquitur de rebus iam incor
poratis in fiſcū,cùm dicitur,fiſcus inuaſit.hic de omnib⁹ tam
incorporatis,q̃ non.¶Venio ad ſecūdā partem:ex qua nota
2 †ꝙ ſi punit̃ maior:multò magis debet timere minor.hoc col
3 ligitur ex verſu cùm dicit,cùm nec illis.¶†Venio ad tertiam
partē,ex qua nota ꝙ officiales,& dantes operā iſtis literis vel
reſcriptis illicitis,puniuntur.¶Item nota ꝙ puniuntur nota-
rij.ſimile in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſac.ſan.eccle.Sed aduertē-
dum ꝙ hic nō puniuntur pœna falſi,ſed alia pœna hic inſerta.
4 ¶†Et ſic notarius ſcribens contractū illicitū,non tenet̃ pœna
c falſi[c] , niſi in caſibus , in quibus eſt expreſſum à lege. facit ſ.de
☞teſta.l.iubemus.☞Adde text.§.quia verò Leonis.in aut.de
non alienā.cum gl.in verbo,proferre.& not. per But. & Bal.
in l.iubemus.§.ſi me.el j.de ſacroſan.eccle.de hoc etiā aliquid
per Bal.in rub.de fide inſtru.in x.col.in ver.dixi tertio.& in l.
5 ſuper chirographarijs.ſ ſi cer.peta. Alex.¶†Venio ad quartā
partem,ex qua colligit gl.argu.ꝙ præbenda nō debet impe-
trari:quod intellige verum de rebus quæ pertinēt ad camerā
eccleſiæ

¶Pro ſoluendo. Bart.& in quo arguitur de cōtrarietate in hac l.j.vide cōcordiam, quam poſui ad l.iiij.§.ſi in vēditiōe.ff qb. modis pig.vel hypothe.ſol.

a ¶Et deprehendat̃. Adde do. Alexā. de Imo.in l.qui ſeruum.de verb. obl. & in l.j.in xxxv. col.ver.infert Bar. hic.ff.de acquiren. poſſeſ.& ibi Bart. in prin.in ix.co.in verſic.aliud eſt genus quærendi. & Angel.in auth. de ſanc.epiſc.§. reuerendiſsimi ſed in l. iij.§. Nerati⁹.ff.de acquir.poſſeſ. vbi etiam latè per do. Alex.in ij.col.i ſi. verſi. inducuntur per Ange.cū concor.ibi per eum ſignatis.

b ¶Per teſtes. Adde Rotā in deciſ.cccxxxv. licet in nouiſsi.

c ¶Et ſic notarius nō tenetur pœna falſi. Adde ꝙ licet hoc,quod hic dicitur,ſit verum:punit̃ tamē alia corporali pœna. ita not. iſte in l. iubemus.ſ. de epiſco. & cle.& Bart.in l. ij.ſ.de eunuch.

eccleſiæ Romanæ vel fiſci:ſed præbēda conſueta concedi ſi va
cat, bene poteſt impetrari: vt extra, de præben. & de conceſ.
præbē. per totum. facit j. de omni agro deſer. per totum illum
6 titu. ¶ † Oppo. ad id quod in præcedenti particula dicitur de
publicatione bonorum aut. vt nulli iud. in fi. & ſ. de bon. dam.
aut. bona damnatorum. dicit gl. ꝙ hæc corrigitur per illā aut.
doct. contra. cū hic non damnetur ad mortem ciuilem, vel na-
turalem, vt hic notatur. Oppo. ad vltimam particulam in eo
quod dicit pragmatica iuſſio. ſ. de no. Co. compo. l. j. §. fi. Sol.
7 dicit gl. ibi erat inſerta in corpore iuris: & † ſic maioris efficа-
ciæ eſt ſtatutū poſitum in volumine ſtatutorum, ꝙ quædam
reformatio extrauagans in illa. eſt enim maior præſumptio ꝙ
ſit facta ad poſtulationem alterius, fortè ſicut in reſcripto. &
vidiſtis ſ. eo. l. proxi. & quod dixi in l. j. ſ. de bo. vac. intellige
de lege in corpore iuris inſerta: aliàs ſecus, vt hic. ¶ Opp. ſ. de
leg. j. §. fi. Solue vt in glo. ¶ Oppo. ꝙ in multis caſibus admitta
tur petitio bonorum: nam admittitur petitio hæreditatis,
& petitio bonorum poſſeſsionis. & ſi. Solu. in illis petitur iu-
re permitente: hic iure prohibente. Barto.

## *De his qui ſe deferunt. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Hæres non capax ſe deferens præmiatur, & an teneatur ſe deferre ſtatim.
2 Mulier in diuiſione habet optionem.
3 Maior an debeat dare optionem minori.
4 Authoritas vnius ſancti ſulcita authoritate teſtamēti veteris, præfertur conſtitutioni papali, etiā in deciſionibus cauſarum.
5 Hęres non capax inſtitutus punitur pœna, de qua hic, quando ſtudioſè celat fiſco, & fideicommiſſario.
6 Inimicitia quòd cadat in muliere.
Bannitus qui non habita pace ab inimico ex forma ſtatuti, debet rebanniri, ita debet habere pacem à muliere ſuccedente offenſo, ſicut à maſculo.

LEX vnica.

IS, cuius. Grauatus tacitè de reſtituendo non
capaci, ſi ſe deferat, lucratur tertiam:
vxor verò defuncti non capax ſe deferens, lucra
tur dimidiam, & facta diuiſione habebit optio-
nem: occultantes verò legitimè puniātur. h. d.
☞ ☞ De materia vide Bald. in l. ſentus. §. ſenatus. ff. de iure fiſc.
Alex. ¶ Primò loquitur quādo hæres grauatus tacitè de reſti-
tuendo non capaci ſe defert. Secundò, qn̄ vxor non capax, cui
debet fieri reſtitutio defert ſeipſam. Tertiò punit hæredē oc-
cultantem. Secunda ibi, quod ſi ab vxore. Tertia ibi, & tūc oc
1 cultator. ¶ † Ex prima parte not. præmiū hæredis deferentis.
Secundò nota ꝙ debet ſe deferre ſtatim. ¶ Oppo. ꝙ nō ſtatim
d. l. edicto. §. cū autē. ff. de iur. fiſci. gloſ. ponit plures ſol. doct.
tenet vltimā. dic. vt dixi in l. contraria. ¶ Opp. & videt̄ ꝙ de-
beat lucrari dimidiā, & non tertiā: vt ff. de iur. fiſ. l. cū tacitum.
Sol. ibi loquit̄ de fideicōmiſſario: hic de hærede rogato. Item
contra. ff. eo. l. ſenatus. §. ſenatus. vbi etiā loquitur de hær. Sol.
Circa iſtā materia diſtingue, vt ibi pleniſsmè per Dyn. ¶ Ve-
nio ad ſecundā partē & oppo. ff. de iur. fiſc. l. cū tacitū. Solu. gl.
2 hic. tu plenè dic per Dyn. in d. §. ſenatus. ¶ Ex iſta parte nota
illud quod dicit̄ ꝙ mulier in diuiſione habet optionē. Ex quo
3 dicunt vulgares. † ꝙ maior debet dare optionē minori. quod
eſt falſum, niſi in caſibus, in quibus priuilegium conceditur, vt
hic, & l. ij. j. de meta. alias diuiſio expediretur officio iudicis:
vt, Inſtitu. de offi. iud. §. ſi familiæ. & §. ſeq.

**Additio.** Adde Bar. hic, & l. pe. C. commu. diui. Sed ꝙ ma
a ior debeat facere partem minori[a], habemus au-
thoritatē antiqui teſtamenti: quia Abrahā fecit partē, & Lot
elegit. Et idē dicit Augu. vt refert Bald. in d. l. pe. & de hoc eſt
gl. ſing. in c. de libellis xx. diſt. ſecundū do. Abb. in c. qualiter
4 & qn̄. de accu. qui dicit † qđ dictum alicuius ſancti fulcitū au-
thoritate veteris vel noui teſtamenti, præfertur conſtitutioni
papali, etiā in deciſionibus cauſarū. ſecus ſi ceſſaret lex diuina:
b quia tunc deciſio papalis profert̄ dicto cuiuslibet ſancti: [b] qa
papę, & non ſanctis fuit data poteſtas legis condendæ. alleg.
no. in c. mandata. de præſump. Legiſtæ tn̄ tenent cōmuniter
opi. Bart. & reſpondent ad c. j. de parochijs, quod loquitur in
diſpenſatis: vel quia eſt ſpeciale fauore fidei. ſed fortè ſecundū
moder. in d. c. qualiter. nulla dictarū ſolutionum eſt bona. &
ideo fortè contrariū poſſet teneri cū nō reperiatur pro opi. Iu
riſtarū deciſio clara. reliqua ſcripſi poſt Bal. in d. l. pe. Adde ꝙ
idem dicit Bal. in l. ij. j. quā. & quibus quar. pars debetur. licet
☞ Bar. cōtra in l. iij. ſ. cōmuni diu. Alex. ☞ Adde Bal. in l. ſi mi-
nor. C. cōmuni diuidūdo. qui tantū illud quod Bar. hic, idē te-
net ipſe in l. procur. C. de eden. ibi, modus. Pro quo facit l. cum
quis. §. fi. C. de naturali. libe. Bal. in l. ſuus quoq;. de hære. inſti.
tantū contrariū dicēs ꝙ imò iuniori dāda eſt electio. Io. And.
in c. j. de parochijs. poſt Hoſtien. dicit ꝙ ſenior facit partes, iu-
nior eligit, & hoc ſequitur Bal. in d. l. ſi minor. Ang. verò in l.
ſancimus. C. de dona. dicit conſuetudinē ſeruādam, vide Bart.
in l. ij. ſ. quādo & quibus quarta pars. qui tenet idem quod hic.
5 contrariū tenet do. Flo. in l. arbiter. famil. erciſ. Alex ¶ † Cir-
ca vltimā partē quæro quando hæres punitur pœna hic poſi-
ta. Reſpondeo, quando ſtudioſè celat fiſco, & fideicōmiſſario.
quod patet ex text. dum dicit, fiſci & mulieris inimicus. Bart.
6 **Additio.** No. † tex. ibi, pariter inimicus. ꝙ inimicitia cadit
c in mulierem.[c] & ideo ſi ſtatutum dicit ꝙ bannit[9]
non habens pacē ab inimico debeat rebanniri: ita debēt habere
pacem à muliere ſuccedente paſſo iniuriam, ſicut à maſculo.
Nec obſtat in Lombarda, vbi dicit̄ ꝙ in muliere nō cadit ini-
micitia, nec portat arma: quia dico inimicitiā dupliciter poſſe
conſiderari. Vno modo prout inimicitia cōcernit rancorem
animi inimicantem: & iſto modo ſic cadit inimicitia in mu-
liere, ſicut in maſculo. & ita loquit̄ hic. Alio modo, ꝓut reſpi-
cit, & cōcernit aliquos actus extrinſecos viriles, ꝓut eſt arma
portare, & vindictā de inimico petere, & facere. & hoc nō cō-
petit mulieri poſt ceſſas volūtates. & ita loqt̄ Lōbarda. Ange.

## *Si liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Decedere ſine hærede, quando quis intelligatur: vbi quod in feudis ſine filijs.
2 Ius accreſcēdi an habeat locū in diſpoſitionibus inter viuos, & emolumentum quæſitum.

LEX vnica.

IVbemus. Inter ſocios imperialis liberalita
tis factæ etiam inter viuos eſt lo
cus iuri accreſcēdi, etiam poſt dominiū vtriq;
1 quæſitū. h. d. ¶ † Quæro quomodo intelligat̄
quis decedere ſine hærede. Quidam dicunt, ſi-
ne hærede: id eſt, ſine filijs: vt l. ex facto. in fi. ff.
ad Trebel. Alij dicūt ꝙ ſine hærede largè: vt l. j. & l. vacātia. ſ.
de bo. vac. Tu dic de hoc debere perpendi ſecūdum qualitatē
rei quæ conceditur. nam ſi concederetur feudum, intelligeret̄
ſine hærede, i. ſine filijs. In alijs rebus quæ ſui natura transferū
tur ad hæredem, accipimus largè. & dixi in d. l. ex facto. in fin.
☞ ☞ Adde quod dicit̄ per Bar. in l. vt iureiurando. de oper. li
bertorum. & docto. ibi. Imol. in l. ex facto. §. fi. & adde Bal. in
c. j. in ij. col. de alie. feud. vbi intelligit per illum text. ſine filijs
2 maſculis. & rationem aſsignat, vt ibi per eum. Alexan. ¶ † Op
po. & in diſpoſitionibus inter viuos nō ſit locus iuri accreſcen
d di: vt l. ſi mihi & Titio.[d] ff. de verb. oblig. Solu. Speciale hic in
donatione imperiali. ¶ Et aduerte: quia ſunt duo ſpecialia.
primum quod dixi. ſecundum, quia etiam poſt donationem
iam acquiſitā vtriuſq;, ſi in perſona vnius deficiat, eſt locus iu
ri accreſcēdi, vt hic. quod in alijs nō eſt in proprietate l. j. circa
fi. ff. de vſufr. accre. & omnes cōcordātiæ quę dantur hic in gl.
circa ius accreſcendi, habent locū ante emolumentū quæſitū,
præterq; in iure patronatus. de hoc dixi plenè in l. re cōiuncti.
☞ ff. de leg. iij ☞ Adde Bal. in l. j. in principio. in penult. col. C.
de cadu. tol. vbi per iſtum text. dixit idē in feudo conceſſo à
principe. in quo eſt locus iuri accreſcēdi. quod voluit etiā ipſe
Bal. in c. j. de fratre de nouo beneficio inueſt. & in c. j. de duo-
bus fra. à capi. inueſt. & idē dicit in feudo à rege cōceſſo. & idē
voluit Rapha. & Pau. de Caſt. in l. qđ dicit̄. de verb. ob. faciūt
not. per Bar. in l. re coniuncti. in vlti. col. de lega. iij. Alexā.

a ¶ Minori. Adde Lud. Pom. i ſing. ver. diuino.

b ¶ Sancti. Vide tu ad hæc no. per Feli. in c. ne innitaris. de cōſti. poſt prin. in verſi. in tex. ibi, ſanctorum. cū pluribus ſeq.

c ¶ In mulierem. Tu ad hoc vide Felin. in c. cū oporteat. in iiij. col. in fi. ver. nūquid autem. de accuſ.

d ¶ Et Titio. Et ibidem ad hoc vide do. Alex. de Imol.

## *De theſauris. Rubrica.*

¶ Glo. continuat rubricam duobus modis. Secunda vera: qa prima propriè eſt adaptatio ad inferiora, non continuatio: vt l. ij. ff. de ſtatu homi. Bart.

SVMMARIVM.

1 ☞ Non licet vti arte magica & ſimilibus ſacrificijs.
2 Superfluè impetratur, quod à iure communi conceditur.
3 Sententia vel contractus quę annullatur ipſo iure, quis nō debet petere quod annulletur.
4 Statutum continens idem quod ius commune, non valet.
5 Studioſè percutere quis dicitur. qui certo propoſito ꝑcutit.
6 Creditor non poteſt in fundo ſibi pignorato theſaurū q̄rere.
7 Maritus eſt dominus rei dotalis, ſed reuocabiliter.
8 Suum an dicatur ratione dominij directi, vel vtilis.
9 Dominus directus qn̄ poſsit quęrere theſaurum in re feudali.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

10 Caſus, in quo dominus non poteſt permittere in ſuo vt quis
operetur, ſcilicet vt ſi quis in fundo ſuo nomine, & nõ domi-
ni theſaurum perquirat.
11 Violator legis punitur extraordinariè.
12 Contemnens mandatum regis, vbi non eſt certa pœna, puni-
tur extraordinariè.

LEX vnica.

NEmo. Quærere theſaurum in proprio om-
nibus licet: in alieno verò ſuo nomi-
ne nullo modo licet. & ſi theſaurus inuentus
fuerit à fortuna: inter inuentorẽ & dominum
diuiditur. h.d. Primò loquiẗ in genere. Secun-
dò in ſpecie: & in volente quęrere theſaurũ in
ſuo. Tertiò in quærente in alieno theſaurum. Quartò puniun
tur contra faciẽtes. Quintò loquitur in inueniente theſaurum
à fortuna. Secunda ibi, nam in ſuis. Tertia ibi, in alienis. Quar
ta ibi, ꝙ ſi nobis. Quinta ibi, ꝙ ſi forte. ☞ Ad materiã huius
legis, ſi quis aſſerit in fundo alieno inueniſſe venam ferream,
vel lapidum, & vult videre & ingredi fundũ inuito domino:
an poſsit: Dic ꝙ ſic: quia verſaẗ publica vtilitas. Gl. eſt in l. iij.
j. de metalarijs. quam allegat Roma. in ſingularib⁹ in litera t.
not. lxvj. Secus verò ſi priuata vtilitas tantũ verſaretur ꝑ iſtũ
1 tex. Alex. Prima pars eſt clara. ¶ † Circa ſecũdã nota ꝙ non li
cet vti iſtis ſacrificijs. ad quod s. de maleſic. & mathe l. j. ¶ Secũ
dò not. quid eſt theſaurus propriè loquendo, licet aliquando
2 ſummaẗ impropriè, vt in gl. ¶ † Tertiò not. & ſuperfluum eſt
impetrare à principe, quod à iure cõmuni concediẗ facit. ff. ad
munici. l. j. in fi. ¶ † Et ſic eſt argumentum ꝙ qñ lex annullat
cõtractũ vel ſententiã in ipſo iure, nõ debet peti à iudice, vt ꝓ
nuntiet nullũ. quod dic plenè, vt dixi in l. quę ſub cõditiõe. in
4 fi. ff. de cõdi. inſtit. & de appel. l. ſi expreſsim. Facit etiã † ꝙ qñ
ſtatutũ cõtinet idẽ quod ius cõmune, nõ valeat. quod tãgit Io.
And. extra, de cõſtit. c. j lib. vj. Dixi plenè ff. ad l. Fal. l. j. i prin.

5 Additio. In tex. ibi: ſtudio. † Nota verbum pro ſtatutis di
centibus, ſi quis ſtudioſè percuſſerit aliquem, in
a tantum puniatur, ꝙ ille dicatur ſtudioſè[a] percutere, qui percu
tit certo propoſito. Vnde ſi caſu eſſet facta percuſsio, non pu-
niretur pœna ſtatuti. Pro hoc eſt gl. ordinaria, de his qui ſe de-
fe. l. j. in fi. gl. & vide quod no. Bar. in l. j. §. j. ff. ſi quis teſt. liber
6 eſſe iuſ. ſue. † in gl. ij. ibi, nõ ergo creditor. Nota ꝙ creditor nõ
poteſt in fundo ſibi obligato theſaurũ quærere, tanq̃ in ſuo.
Remanet enim pignus ſenper in bonis debitoris: vt. s. de pig.
acti. l. ſi pignus. In eadẽ ibi. §. ſi fundũ. Non obſtat l. cũ poſt. §.
7 in dotem. de iure dot. † vbi maritus eſt dominus rei dotalis:
quia hoc eſt verũ, ſed reuocabiliter, quia debet reſtituere: vt d.
§. ſi fundũ. vt ibi no. per glo. Dy. & Bar. & dic vt ibi per Bar.
☞ ☞ Ange. Statutũ nihil addẽs iuri cõmuni nõ valet. facit qđ
not. ſingulariter Bar. in l. iij. §. ſi rem. ff. de leg. iij. authoritati il
lius gl. vbi dixit ꝙ ſtatutũ dictans victũ victori in expẽſis con
demnari, habebit locũ etiã in habente iuſtã cauſam litigãdi, vt
aliquid addat iuri cõmuni: aliàs nõ valeret ſtatutũ, per hic nõ.
Et idem firmauit Bar. in ſuis cõſilijs. & per Bar. & ibi moderni
in l. properandũ. §. ſin aũt alterutra. C. de iud. & per Bart. in l.
iiij. §. prætor ait. in iij. col. ff. de dam. infect. & no. glo. in c. j. de
cõſti. lib. vj. vbi dixit ꝙ ſtatutũ cõtinẽs ius cõmune, eſt ius cõ-
mune, nõ ſtatutũ. Et idem voluit Bal. in l. iij. in fi. ff. de leg. j. &
de hoc per Ang. & Imo. in l. ſtipulatio. ver. niſi. de verb. obli.
& per Bar. in l. j. ad leg. Falc. & Bald. in l. j. de ſeruis manumiſ.
8 Alexã. ¶ † Circa iſtam partem quæro quid eſt dictum, in ſuis,
b glo. intelligit ſuum, ratione directi dominij,[b] vł vtilis.

Additio. Intelligo gl. ſecundũ And. de Baru. de directo &
vtili. Ponitur enim ad differentiã vtilis tãtũ, qđ
continetur appellatione ſui, vt hac glo. ¶ Sed nũquid directũ
dominium ſine vtili contineatur apellationene ſui: puta præ-
ſcripſiſti longo tempore rei meæ: ego habeo directũ dominiũ
9 ſecundũ verã opi. in aut. niſi tricẽnale. C. de bo. mater. † tu ha
bes vtile: vel dedi tibi rem in feudum: nũquid potero ſicut in-
meo theſaurũ quærere? And. prædictus vidit hãc arduã quæ-
ſtionem de facto. & videtur ꝙ nõ contineaẗ appellatione ſui:
quia diſijt habere effectum dominij. Et cõſtat ꝙ ille, qui habet
vtile, poteſt vendicare: vt l. j. §. qui in perpetuũ. ff. ſi ager vect.
vel emphy. pe. & s. de pręſcrip. xxx. an. l. ſi quis emptionis. er-
go ille, qui habet directũ, nõ põt vendicare: quia duo non ha
bent vendicationẽ eiuſdẽ rei d. l. ſi quis. ergo non dicitur locus
ſuus, quẽ non põt vendicare: vt d. §. qui in perpetuũ. arg. econ
tra ꝙ ſic: quia põt vendicare ab alio poſsidẽte, q̃ ab eo, cui con
ceſsit. ff. de ſuperfi. l. j. §. quod aũt. Sol. Si poſsidẽte eo, cui con
ceſsit, ingrediaẗ, videẗ ingredi locũ alienũ: ſed ſi alio poſsidẽte
ſec⁹, vt optimè patet in d. §. quod aũt. Ang. ¶ De ſignificatio
ne meũ, tuum, ſuũ, dixi plenè in l. Quintus. §. argẽto. ff. de au.
& arg. le. Quæro quid ſi inueniaẗ theſaurus in loco ſacro, vel
alio loco religioſo. Dic vt in gl. ¶ Quæro quid ſi inueniẗ per
10 artẽ magicã. Dic ꝙ erit fiſci, vt ĩ gl. ¶ † Circa tertiũ no. caſum
in quo dominus nõ põt permittere vt in ſuo opereẗ. quod al-
leg. gl. ad quæſtionẽ in l. cũ fundũ. ff. de vi & vi ar. & ibi vide.
Idẽ aduerte ꝙ hoc nõ operaẗ volũtas domini, vt alius quærat
ſuo nomine, ſed alieno poterit per cõſequẽs: cùm nõ ſit ꝓhibi
tũ. ¶ Venio ad vltimã partẽ: & circa iſtã partẽ oppo. vno mo
do: deinde quærit gl. de vna quæſtione. Dic vt in ea. Bart.

11 Additio. In glo. in ver. legis. ¶ † Nota ꝙ violator legis pu
nitur extraordinariè: quia non eſt certa pœna im
12 poſita contemptoribus. † & facit ſecũdũ And. de Baru. ad q.
de qua conſueuit dubitari, qua pœna afficiatur contemptor
mãdati regis. Nam mandatum Principis, lex eſt generalis, ſi
eſt clauſum in corpore iuris: vt in aut. de man. prin. ſiue ſpecia
lis in ea re tantùm, pro qua mandatum emanat. s. de leg. l. ij.
¶ Alij dicunt ꝙ punitur pœna capitali: vt j. de vete. numiſ.
poſ. l. fi. Sed illa poteſt intelligi de mãdato cõtempto, in quo
continetur certa pœna: aliàs puniẗ extraordinariè. nã & alibi
lex imponit pœnã deportationis: vt j. de fun. limito. l. iij. in fi.
c alibi pœna pecuniaria. j. de argen. in rebus. l. fi. Ang.[c]

## *De annonis & tributis.* *Rubrica.*

¶ Circa rubricam quærit gl. quid appelletur annona, & quid
tributum. Dic vt in ea. Quæ autẽ differentia ſit inter vectigal
d & tributum[d], not. gl. in l. j. §. j. ff. de pub. & ibi dixi. ¶ Quę eſt
differentia inter cẽſum & tributum. dic vt ibi. ¶ Item quærit
glo. quotuplex eſt tributum. Item quærit quale ſeu quantum
eſt tributum. dic vt in eadem. Barto.

Additio. Quid eſt tributum: per Bal. in l. fi. in j. col. C. ſine
cenſu vel reliquis. & quod no. Bar. in l. reſcripto.
§. fi. ff. de mune. & hono. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Præſtatio annonæ eſt realis obligatio.
2 Decimarum obligatio eſt realis.
3 Dominus, qui locauit fundũ ſuum ad pecuniam, ita quòd co-
lonus fructus omnes percipiat pro certo tempore, nõ tenetur
ad tributa: niſi conſuetudo aliter ſe habeat.
4 Feudatarius & emphyteuta an teneaẗ ad collectas. remiſsiuè.
& nume. 6.
5 Creditor an teneatur ad collectas pro pignore.
7 Collecta quãdo imponitur perſonæ pro rebus inſpicitur per
ſona, cui imponitur.
8 Onus collectarum ſubit, qui fructus recipit.

LEX I.

AEs quidem. Onus æris alieni eſt per-
ſonale: & ideo inter hære
des diuidiẗ pro hæreditarijs portionibus.
Onus annonæ & tributorum eſt reale: pro
ut quis poſsidet, & fruct⁹ percipit oneraẗ.
h.d. Ex ſummario habes legis rationem.
1 ¶ † Nota quòd præſtatio annonæ reſpicit
res: & ſic videẗ ꝙ ſit obligatio realis, & non perſonalis. quod
dic vt in l. Imperatores. ff de publi. vbi glo. tangit.

2 Additio. † Quid de decimis dicit An. de Baru. quòd reſpi
ciunt res, quia dicuntur eſſe tributa egẽtium per
ſonarum. xvj. q. j. decimæ. & ideo quod in tributis ſeruatur.
& in his teneas Ang. Quærit glo. quid ſi poſſeſſor nõ eſt ſol-
3 uendo. dic vt in ea. ¶ † Vltimò gl. no. ex hac lege mirabiliter,
ꝙ ſi aliquis locauerit fundũ ſuum in penſionẽ percipiẽdam in
pecunia, ita ꝙ fructus omnes remaneãt apud colonũ, ꝙ domi
c nus ad tributa non tenetur[e] niſi conſuetudo aliter ſe haberet.
vide gl. ſuper verbo, fructus. & eam perpetuò tene mẽti. Bar.

☞ Additio. Caſus eſt in l. ſi ſine hærede. §. Lucius. ff. de ad-
mi. tut. Alex. ☞ Adde Bart. in repe. l. placet. C.
de ſacroſan. eccle. & in l. priuatæ. j de excu. mu. per Bal. in c. j.
per quos fiat inueſti. quod etiam intellige dato ꝙ dominus eſ
ſet exemptus ratione priuilegij, vel alia cauſa, ſecundũ Ange.
in conſi. incipiente, cõmune caſtri franchi. eſt vltima. & ibi vo
luit ꝙ licet eccleſia non teneatur ad collectas pro ſuis poſſeſ-
ſionibus: tamen laicus poſsidẽt dictas poſſeſsiones etiã ab ec-
cleſia non gaudet dicto priuilegio eccleſiæ. Contrariũ voluit
ad literã Bal. in l. j. in j. col. vel ij. C. de iure emphyt. vbi voluit
ꝙ emphyteuta teneatur ſoluere collectas, & tributa, quod tñ
dicit eſſe ſecus in colono priuilegiato, per l. ſi pendẽtes. §. ſi qd
ff. de vſufruc. & in fructuario adde tex. per Bal. in l. hactenus.
ff. de vſufru. qui tex. licet loquatur in tributis, doctores tñ ibi
intelligunt etiã in collectis & datijs. & adde vnũ cõſiliũ Bal.
quod eſt in numero xxvj. qđ incipit, an muliere, & c. vbi eti
dicitur

a ¶ Studioſè. Vide Feli. in c. pręterea. de iu. in iiij. fallen. & in c. veniens. circa fi. de ſimo.

b ¶ Dominij. Sed an ſemꝑ ſuum dicat et denotet dñium. vide Feli. in c. peruenit. el. j. de iureiu. & i c. j. de ſpõ. i v. col. & qđ dixi ĩ d. c. ꝑuenit. in apoſti. Tu vide omnino An. Cor. ſing. ſuis. in verſi. meus. incip. licet verbum meum. dixi poſt Guliel. de Cu. in l. omnino. nu. j. & in ver. quę tunc habebat. s. de epiſ. & cleric. dixi poſt iſtum conſil. cxxj. incip. ſtatuto ciuitatis Piſanæ. & dixi poſt Compoſt. in. c. j. §. v. in verſ. ſuũ denotat dominiũ. extra de poſtu. præla.

c ¶ Adde poſt not. Hic ne fallaris ꝙ iſte titulus non habet locũ in theſauro in pecunia aurea vł argẽtea effoſſa: qa impropriè diciẗ theſaur⁹. de quo in l. peregrè. aliàs eſt l. Pomponius ff. de acquir. poſſeſ. & in l. theſaurus. ad exhibẽ. & omnino ꝑ An. Are. in §. Theſauros. ĩ fi Inſti. de re. diui. quẽ refert & ſequitur Gerar. de petra ſancta, ſing. ſuo xcv. incip. tenenti &c.

d ¶ Et tributũ. Ad quod vide Feli. in c. ad audiẽtiam de pręſcri. in vij. col. vide iſtum in l. placet. & ibi do. meũ Iaſ. s. de ſacroſanc. eccle. Pano. ĩ c. qđ clericis. ad fin. extra, de fo. compet. & ĩ c. j. & ij. extra, de cenſi.

e ¶ Non teneẗ. Ad de not. do. Soci. in conſil. ccxvij. inci. circa hanc q. verſi. ſextò hæc concluſio. ĩ ij. parte char. xciij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicitur ꝙ fructuarius & ſimiles poſſeſſores non tenẽtur ad col
lectas.& adde q̃d no.Bar.& ibi ſcripſi in l.licitatio.§.fi.ff.de
publicanis.Alex.Et hoc verũ in oneribus realibus.Bar.

4 Additio. †Quid autem in feudatario:an teneatur ſoluere
a ipſe collectas,ᵃ vide Bald.in c.j.per quos fiat in-
ueſti.& vide And.de Iſer.in tit.quæ ſint regaliæ.in verſ.An
b gariæ.¶Quid in emphyteutaᵇ & colono, vltra hic not.vide
5 Bal.in l.j.in j.col.de iure emphy.¶†Quid in creditore pigno
ris,vide Bald.in l.cũ notiſsimi.in iiij.col.C.de præſcrip.xxx.
6 an.¶†Quid in emphyteuta eccleſiæ,vide Bal.in l.priuatæ.j.
de exce.mu.Item ad hoc vide Bart.in l.quæſitum.ff.de vſufr
7 leg.Alex.¶†In collectis verò,quæ imponuntur perſonę pro
rebus,eſt inſpicienda perſona,cui imponitur.l.reſcripto.in fi.
ff.de mu.& ho.& j.eo.l.indictiones.& ibi not.& j.de mu.pa.
ſuper rubr.& ſic iſtud diuiditur inter hæredes ꝓ hæreditariꝭ
portionibus,vt in princ.huius legis.Bart.

8 Additio. †Onus collectarum ſubit,qui fructus recipit.
l.ſi pendentes.§.ſed ſi quid.ff.de vſufruct.Vi
de Ludo.in l.inter quos.§.damni.de dam.infect.Et adde
q̃d pro hoc dicto videtur caſus in l.ſi ſine hærede.§.Lucius.ff.
de admi.tuto.

LEX II.

INdictiones. Ad onera realia non tenetur
quis in plus quàm de re poſsi-
deat.h.d.Glo.hic dicit ꝙ triplex eſt genus mune
rum,quod vide debitis plenius in rub.j.de mu.pa.ſu
per rub.ideo hic aliquid non dico.

SVMMARIVM.

1 ☞Officiales non poſſunt remittere collectas:tamen propter
paupertatem ſic.

LEX III.

OMnes. Omnes debent ſoluere quod princeps im-
ponit:& officiales non poſſunt augere,vel
1 diminuere.h.d.¶†Not.ꝙ officialis non poteſt remit
tere collectas,ſiue tributa.Circa quod dic vt l.ſi.§.ſi quis pro-
feſſus.ff.de pub.¶Vltimò not.glo.quæ dicit ꝙ officiales pro-
pter paupertatem poſſunt remittere.quam glo.not.bene.Bar.
☞Officialis propter paupertatem poteſt collectam remitte-
re.Idem Bal.in ſuo tractatu de carceribus,in quarta colũ.per
glo.iſtã.hic adde tex.& ibi Bar.in l.interdum.§.ſi quis profeſ-
ſus.ff.de publi.& ſcripſi in l.filiusfa.in princip.de dona.Adde
etiam de multa per iudicem remittenda propter paupertatẽ.
l.illicitas.§.fi.de offi.præſi.& Bar.in ſuo tractatu de iudi.in vl
tima col.& quod dixit Bal.in l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis
caut.vbi dixit per hanc glo.& ꝑ c.licet.de cenſibus.ꝙ ſi ſtatu-
tum dictat appellantẽ debere ſoluere gabellã,aliàs appellatio
ſit deſerta,ꝙ non habeat locum in illo qui appellat:& ꝓpter
paupertatem non poteſt ſoluere:quia dicitur ei remiſſa gabel
la ipſo iure à ſtatuto.& ita dicit de facto obtinuiſſe.Sed quid
ſi remiſſa eſt multa per officialem,& poſtea peruenit ad pin-
guiorem fortunam:an teneatur ſoluere? Videtur q̃d ſic,per
id quod habetur in ij.§.Inſti.de acti.Contrarium determinat
gl.& ibi Bar.in d.l.illicitas.§.fi.& ſequitur Aretinus in l.ij.ff.
quis & à quo.Et adde etiam vnũ quod dixit Bal.in l.acceptã.
C.de vſuris.ꝙ ſi ex forma ſtatuti,non ſoluens gabellam ex cõ
tractu,ꝙ cõtractus ſit nullus,ꝙ contractus non annullabitur,
ſi non potuit ſoluere propter paupertatem.Et in materia ad-
de Innoc.in c.ex ratione.de appel.vbi dixit ꝙ paupertas ex-
cuſat à proſecutione appellationis.& ſic non currunt fatalia:
quod ſequitur Bal.in d.l.acceptam.in xxiij.q.contrarium te-
net idem in l.fi.C.de condi.inſer.per glo.in l.cũ ita.in princi.
la ij.de condi.& demon.Item adde Ange.in l.non facile.ſi cui
plus quam per l.fal.vbi remittitur reo cautio de expẽſis in cau
ſa reconuentionis propter paupertatem,ad quam,aliàs tene-
batur ex forma ſtatuti.Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞Munus ordinarium eſt,quod à lege imponitur.
2 Fidelis & deuotus dicitur,qui tributa ſoluit.

OMnes. Omnes coguntur ſoluere publicas fun-
ctiones:cũ nõ ſit munus extraordinariũ:
& ab eo nemo excuſatur.¶†Ad euidentiam ſcias
ꝙ ſi alicui conceditur excuſatio à muneribus,non
porrigitur ad munera ordinaria,ſed extraordinaria.hoc præ-
1 miſſo caſus eſt planꝰ.¶†Nota ꝙ munus ordinarium eſt,quod
à lege imponitur,vt hic dum dicit.l.noſtra ſignatum eſt,&c.
2 ¶†Secundò nota quod ille dicitur fidelis & deuotus,qui tri-
buta ſoluit.Bart.

SVMMARIVM.

1 Comitatenſes qui plus diſtant,minus grauantur.
2 Victualia de illa prouincia,in qua eſt vbertas,debent ad ꝓuin
ciam,in qua propter guerram non eſt abundantia,portari.

PRo locis. Qui plus de fructibus colligit,plꝰ
ſoluit:q minus,minꝰ.h.d.hæc no.
lex.¶Quęro quid eſt hoc dictũ,ꝓ locis.Gl.ex-
põit,id eſt,ꝓ magnitudine locorũ,quaſi dicat,
ille,q poſsidet magna prędia,plꝰ debet portare
quàm ille,qui poſsidet parua.& intellige magnitudinẽ reſpe-
ctu redituũ:vt l.ſi.§.de allu.& palu.iũcta l.j.de euic.& l.cũ poſ
ſeſſor.ff.de cẽſi.¶Quæro dicitur hic proximitate.quid eſt hoc
dictũ.glo.dicit,quia ſunt prope limina.hoc vult dicere,vt illi
qui ſunt prope limina qui minus grauantur in expenſis itine-
ris,plus grauantur in portando annonam.& illi,qui magis di
ſtãt à liminibus,quia plus grauantur in expenſis itineris rele-
1 uantur vt minus portent annonam.†quod eſt notandum pro
grauaminibus,quę tota die inferuntur comitatenſibus,vt mi-
nus grauentur qui plus diſtant:vt ſic ab onere itinerum rele-
uentur.nunquam tamen quis cogitur exire prouinciam:vt j.
eo.l.nemo.Bart.

2 Additio. †Allegatur iſte tex.ꝙ ſi ſit guerra in aliqua pro-
uincia,propter quod ſit oppreſſa victualibus:&
in alia ſit fertilitas & abundantia:ꝙ ex illa,in qua eſt vbertas,
debent victualia ad aliã portari.Facit C.de offic.præfe.præ-
to.Afri.l.in nomine domini.ibi,poſtq̃ legis auxiliũ prębeãt.
& quia tẽpore neceſsitatis omnia debẽt cõmunicari.ff.ad leg.
Rhodiã de iac.l.iij.§.ſed & ſi.& in d.l.i nomine domini.Ang.

IN fraudem. reſcriptum,in quo immunitas cõ
ceditur à muneribus ordinariꝭ,
nõ valet.h.d.De hoc videtur in l.euacuatis.j.de de-
curionibus.

NEmo. Ad operandũ,vel ad portẽdũ nõ debet qs
longius mitti:ſed debet ratio itineris adhi
beri.h.d.¶In tex.ibi,ad inſtruẽdas.i.reficiẽdas ſeu
de nouo faciẽdas mẽſiones vl'caſtra.¶†In tex.ibi,
cõferẽdas.i.portãdas.¶In tex.ibi,delegẽtur.i.mittant.¶Quę
ro quid eſt hoc dictũ lõgius.dicit gl.j.i.extra prouinciã,q̃d fa
cit ad id,q̃d no.i l.itẽ illa.ff.de cõſti pe.videlicet an creditor &
debitor ſint eiuſdẽ fori:vel nõ.& ibi Guli.alleg.l.iſtã.Vel dic
lõgiꝰ,qñ expẽſa itineris eſt maior q̃ ſit valor eius pro quo va
dit:vt j.l.proxi.Illud autẽ quod,in fi.dicit,habita rõne itineris.
expone:vt ſ.eo.l.ꝓ locis.& illud quod dicitur hic,neceſsitatis.
intellige qñ aliter fieri non poterit,etiam longius mittitur.

a ¶Collectas. Vide do.Alex.de Imol. in cõſi.xxv.ij.parte.

b ¶In emphyteuta. Vide domi.Soci.in no.in cõſi.ccxvij. incip.circa hanc q. verſi.hęc cõcluſio. cum verſic.ſeq.& verſ.quintò confirmatur.ſed quid de illo,qui habet ad liuellũ de xxviij. an.in xxix.an.qui contractus nõ differt à cõtractu emphyteuſis.verſ.ex quibus omnibus.in fi.conſi.inij.parte.char.xcij.

SVMMARIVM.

1 ☞Tributum debens,illud portat ſuis expenſis.
2 Tutoris non imputatur ſi non exegit debitum,in quo oporte
bat eum plus expedire,quàm id,quod perciperet.
3 Idem ſi non fecit inuentarium,quando plus expẽderat in eius
confectione,quàm eſſet vtilitas.
4 Breuiores lites dicuntur,quando plus expẽderetur in ſcriptu
ris,quàm ſit valor cauſę.
5 Teſtes non debent citari ad locum iudicij,quando plus expẽ-
deretur in eundo,q̃ ſit valor cauſæ:ſed nũc iudex delegat exa
minationem.
6 Recurſus ad ſuperiorem non poteſt haberi,quãdo plus expẽ
deretur in habendo recurſum,quàm ſit valor cauſæ.

MEditerraneæ. Non eſt faciendum id,in quo
plus expenditur,q̃ de commo
do percipitur.h.d.Bar.

1 Additio. †Not.hic ꝙ ſi debeo ibi tributum,debeo porta-
re ad domum tuam meis ſumptibus.Adde ad
hoc not.in l.pro locis.ſ.eo.& Bald.in l.acceptam.in xij.q.ſ.de
vſur.quod no.Barto.in l.item illa.de cõſti.pe.& vide ſ.l.pro-
☞xi.Alex.☞Circa hãc l.vide quod no.An.de Bu.in c.ij.de di
la.vbi ponit de eo q equũ poſuit in hoſpitio.Alex.¶Ad eui-
dentiam ſcias ꝙ mediterraneæ ciuitates dicũtur illæ quæ ſunt
proprie in terra multùm diſtantes à mari.Ciuitates maritimæ
dicuntur illæ,quæ ſunt prope mare.Item ſcias quòd antiquitꝰ
erat conſuetudo ꝙ ciuitates mediterraneæ mittebant anno-
nas ad fortilicias & exercitus,qui erant iuxta ciuitates mariti-
mas.Et econtra ciuitates maritimæ mittebant ad mediterra-
neas,& ſic plus expendebatur in portãdo,q̃ valeret id,quod
portabatur:ideo princeps prohibet hoc fieri.hoc præmiſſo iſta
2 lex eſt clara.¶†No.quod dixi in ſummario:& facit ad mul-
ta.primò ꝙ non imputatur tutori ſi non exegit debitũ,in quo
oportebat eum plus expendere,q̃ idem perciperet.Bart.

Additio. Vide omnino l.ſed an vltro.ff.de neg.geſ.Alex.
¶Vel ſi non refecit domum,in qua plus expen-
diſſet q̃ valeret.Barto.

Additio. Vide Ange.in l.ſi vacantia.de bo.vac.in xj.col.
3 Alexan.†Et ſi non fecit inuentarium eo caſu,in
quo plus expẽderetur in cõfectione eius q̃,eſſet vtilitas:vt l.tu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4 tor q repertoriũ.in prin.ff.de admi.tut.¶†Itẽ ex hoc põt dici ꝙ illę dicanᷣ breuiores lites,in quib⁹ debet ꝓcedi ſine ſcriptis,
a & ſummariè,ᵃi aut.niſi breuiores.ſ.de ſent.ex breui. reci.i.qñ
☞pl⁹ expẽdiᷣ in ſcripturis ꝗ̃ ſit valor cauſæ. ☞No.& intelli-
ge hoc verũ ſi ponaᷣ:quia ſi poſtea nõ cõcedereᷣ,iuſta eſſet ap
palationis cã.c.cũ cãm.c.j.& ita ibi firmat do.Pet.de teſti.facit
l.cũ poſt.§.& tamẽ.de appella. & c.ante.verſi.ij.quæſtione vj.
c.cõſtitutus.de fideiuſ.c.ſtatutũ.§.ſi.de reſcri.in ſexto.idẽ fir-
mat dñs Pe.in c.finẽ litibus.vbi bonus tex.de dolo & cõtu.fa
5 cit c.vt litigãtes.de off.ordi.in vj.Alex.¶†Itẽ iudex nõ debet
facere citari teſtes ad locũ iudicij,qñ tñ diſtat ꝙ pl⁹ expẽdere
tur in eũdo,ꝗ̃ ſit valor cauſę:ar.hui⁹ legis:ſed tũc iudex debet
delegare examinationẽ.l.gñaliter.§.his de p̃ſentib⁹.ſ. de iure-
6 iu. & de fide inſtr. aut.apud eloquẽtiſsimũ.¶†Itẽ facit ꝙ ſi in
habẽdo recurſum ad ſuperiorẽ expẽdereᷣ pl⁹,ꝗ̃ ſit valor cau-
ſæ:tũc nõ diciᷣ poſſe haberi recurſus.¶Et ſic rep̃saliæ pñt im-
petrari.quod plenè examinaui ĩ tractatu,quẽ feci de rep̃salijs.

SVMMARIVM.

1 ☞Emphyteuta,& ſimiles,ſi non ſoluunt tributa,à domino exigitur:& dominus poteſt emphyteutã ſuo iure priuare, & an propria authoritate.in additione.
2 Poſſeſſor intra ſex menſes poteſt moram purgare.
3 Nõ percipiens fructus in defectũ poſſeſſoris teneᷣ ad tributa.
4 Eccleſia tenetur ad tributa.
5 Quantum tempus debeat eſſe ceſſatum à tributis vt bona poſ ſint vendi.remiſsiuè.

OBſiſtere. Legitur tribus modis.

Additio. Præmitto ad euidentiam huius legis quod not. glo.in l.ij.in verbo,præſtiterit. ſ. de iure emphy.
Diuidiᷣ in duas partes.Et primò ponit dictum in genere.Secũ
dò declarat in ſpecie.Secunda ibi,vnde vt quiſq;. Ang.¶Secũ
dum primã lect.h.d.Si vtiliter dominus intra tẽpus hic ſtatu
tũ nõ ſoluerit tributa,dñio priuaᷣ:et ad habẽtẽ directũ dñium
reuertiᷣ.h.d.¶Secundũ aliã lect.h.d.Si exactores intra tẽpora
hic ſtatuta nõ ſoluũt fiſco,dñi repetũt ab eiuſdẽ.h.d.Iſta.lectu
ra nõ placet.Nã tex.hic loquitur de his qui recipiũt emolumẽ
ta de prædijs.exactores non recipiũt à prædijs principaliter,
ſed à poſſeſſorib⁹,qui poſtea ſoluẽtes ſunt ſecuri.l.ij.j.de apo.
pu.& ſic nihil habent facere cum exactoribus,ſed fiſcus habet
ab ipſo exactore recepta exigere,vt j.titu.iij.l.pen.¶Secundũ
tertiam lect.h.d.Si emphyteuta, vel ſimiles,intra tempora hic
1 ſtatuta non ſoluunt fiſco,à domino exigetur.h.d. ¶†Quæro
quæ eſt verior lect.glo.videtur tenere iſtam lec.dum dicit,vel
verius.Vel coniunge vltimã cum prima hoc modo: Emphy-
teuta & ſimilibus non ſoluentibus exigitur à domino:& dñs
poterit emphyteutam ſuo iure priuare.Hæc lect.approbatur
in ſimili in l.hoc amplius.§.ſi.de dam. infec.& ff.de noxa. l.ſi
noxale.hæc glo.vltima videtur eam tangere.Bart.

b Additio. Sed nunquid ſua authoritate poterit hoc facere,ᵇ glo.in l.ij.ſ.de iure emphy.dicit ꝙ ſic:tamẽ meli⁹
faceret ſi per iudicem fieri faciat:quia aliàs eſſet periculoſum.
patet:quia emphyteuta habet ius ĩ re,& poſsidet,licet in colo
nõ ſimplici poſsit:quia non habet ius in re.ff.loca.l.non ſolet.
hoc etiã quidã moderni tangunt,vt tangit Cy.in d.l.ij.in q.ij.
2 Ang.¶†Not.ex lege iſta ꝙ poſſeſſor poteſt purgare morã in
tra ſex mẽſes.Cõtra iſtud oppo.glo.j.de ero.mi.ann.l. v. Sol.
hic quo ad priuatũ:ibi quo ad fiſcũ,vel dic ꝙ alio caſu loquiᷣ
ibi.¶Opp.j.ti.iij.l.ſi.Solue vt ibi dicam.Secundò nota ꝙ etiã
ille qui fructus nõ percipit, cõpellitur ad ſolutionem tributo
rũ.cõtra.ſ.eo.l.j.Sol.non cõpellitur ſecundũ regulã ordinatã:
ſed cõdictione ex lege iſta in defectum poſſeſſoris, qui perci-
pit fructus & nõ ſoluit.tene mẽti hanc leg.Bar.

4 Additio. In gl.in verbo,dignitatũ.†Et per hoc nota ꝙ eccleſia tenetur ad tributa.quod cõcedit Pe.etiã de
iure iſto,per l.placet.ſ.de ſacroſ.eccle.& l.ſacroſanctæ.vbi po-
nitur ſpeciale priuilegiũ illius eccleſiæ:ergo in cõtrarium eſt
ius cõmune.De hoc per Cy.in d.l.placet.in q.j.Angel.

5 Additio. †Quantũ tempus debeat eſſe ceſſatum à ſolutione tributorũ,vt bona poſsint vendi.gl. Cyn.&
Bal.in l.j.ſ.ſi propter publi.penſi. An.

SVMMARIVM.

1 ☞Iudici negligenti non debetur ſalarium,ſaltem pro eo tem pore quo fuit negligens.

IVdices. Iudicibus negligẽtib⁹ totum ſalariũ aufertur.h.d.¶†Not.hic cõtra iudicẽ ne-
gligentẽ.Et ſic videᷣ caſus de illa q.quã Ia.de Are.
ponit in l.qd autem.de execu. tut.& l.Mæuia.ff.de
ann.leg.& l.q negotiationẽ.§.j.& §.pe.ff.de admi.tu. videli-
cet ꝙ iudici delinquẽti nõ debeatur ſalariũ.quod intellige qñ
iſtud delictũ negligentiæ reſpicit vniformiter, & cõcernit to
tum tẽpus officij:aliàs pro eo tẽpore quo negligẽs nõ fuit,ſi-
bi ſalariũ debetur.l.ſi fundus.ff.loca.dixi in d.l. Męuia.§.j.Et
dic hoc ſpeciale propter magnũ periculũ quod vertitur in ne-
gligẽdo exigi tributa:quia publicę neceſsitates expediri non
poſſunt.in l.obſiſtere.ſ.eod.& in aut.vt iudi.ſine quoquo ſuf
☞fra.§.oportet.Bar.☞Adde Bar.in l.Mæuia.in princ.de an-
nuis le.& in l.diem functo.de offi.aſſeſſorum.Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞Aſſertioni poſſeſſoris de valore rei credendum eſt,quãdo fit æſtimum propter collectas.
2 Compoſitio ſuper tributis ſoluendis ꝙ poſsit fieri cum ſoluere debentibus propter paupertatem.
3 Tutor & curator an poſsint ſe cõponere cum debitoribus pu pilli pauperibus vt minus ſoluant.
4 Limitatio ad l.pactum curatoris.ſ.de pactis.
5 Compoſitiones pro tributis ſunt ſeruandæ.
Præſbyteri parochiarum poſſunt componere cum parochianis ſuper ſolutionibus decimarum.& nu.7.
6 Grauari quòd dicatur ille,cui⁹ fructus ſuæ poſſeſsionis ad inſpiciendum mittitur.
Iudex,qui ſine cauſa facit deſcriptionem bonorum meorum, dicitur me grauare.
7 Compoſitio facta pro annuis præſtationibus,vel tributis cer to modo ſoluendis intelligitur facta in perpetuum.
8 Illicitum non debet fieri prætextu liciti.
Clerici morantes in ſtudio,ſi ex priuilegio habent fructus beneficij,illos non habent,ſi non intrant ſcholas.

ID ab vna. Compoſitio facta cum ſubditis de tributis,eſt ſeruanda.Item Theſſalo
nicenſis eccleſia habet immunitatem, dum tamen
extranei eccleſiæ ipſius prætextu à p̃ſtatione nõ fu
giãt,localis lex eſt.¶Ad euidẽtiã ſcias ꝙ erãt quædã ꝓuincię
in Græcia q̃ debebãt ſoluere tributa ſecũdũ ꝗ̃titatẽ redituũ q
ꝑcipiebanᷣ ex p̃dijs,ꝓpter qđ mittebanᷣ officiales ad inueſti
gandũ reditus,ex quo illi poſſeſſores multùm grauabanᷣ:vn
de venerũt ad cõpoſitionẽ cũ præfecto illarũ prouinciarũ ꝙ
ſoluerẽt mediũ aureũ pro quolibet capite,& hoc fecerũt Ma-
cedonij,& iubet hoc eis ſeruari. Aliæ prouĩciæ quæ ſe nõ cõ-
poſuerũt,exiganᷣ ad ſimilitudinẽ Macedo.quædã aliæ cõpo-
ſuerũt ſe pro tertio aureo:& eis eſt ſeruãda.Cætera ſunt clara.

1 Additio. †Et ex hoc colligo arg. cum ſit æſtimatio propter collectas, eſt credendum aſſertioni cuiuſq;,
nec propterea eſt mittendus qui eorũ facultates æſtimet. arg.
2 ſ.de bo.va.l.ſi.¶†Not.propter paupertatemᶜ debentis ſolue
c re tributa poſſe fieri cum eo cõpoſitionẽ. facit in aut. vt iudi.
3 ſine quo.ſuf.§.eos.& hoc no.glo.ſ.eo.l.iij.†Et ſic facit pro tu
tore & curatore vt poſsint ſe cõponere cũ debitoribus pupil-
lorũ pauperibus vt minus ſoluãt,non obſtãte ꝙ debitũ ſit li-
quidum.& hoc modo limitatur l.pactũ curatoris.C.de pact.
quæ dicit tutorẽ vel curatorẽ pupilli nõ poſſe debitũ pupilli
gratis remittere:quia intelligo vbi debitor eſt ſoluendo. ſed
vbi pauper eſt:poteſt ſe cõponere pro parte, & facere remiſ-
ſionẽ de toto.ar.huius legis.faciet tñ debitor in inſtrõ quieta-
tionis apponi & inſeri cãm,quare pro parte recepta tutor vel
curator eũ liberauerit à toto:aliàs nõ valeret:vt no. in l.j.j.de
4 apo.pu.& ibi poſui Ang.¶†No. quod dixi in ſummario,ꝙ
iſtæ compoſitiones pro tributis ſunt ſeruandæ.Barto.

5 Additio. In tex.ibi,expeteñ.Not. ꝙ põt fieri compoſitio de functionibus & alijs tributis:† & ſic facit pro
presbyteris parochiarũ,vt poſsint ſe cõponere cum ſuis paro
chianis ſuper ſolutione decimarum.¶In tex.ibi,inſpector ac-
6 cedat.†Not. ꝙ dicitur quis grauari, ſi vadit aliquis ad inſpi
ciendum fructus ſuæ poſſeſsionis. & ſic facit ꝙ ſi imploratur
bonorum meorum deſcriptio ſine cauſa, ꝙ iudex non debet
hoc facere: quia ex hac deſcriptione ego grauor. & hic eſt ca-
ſus,pro quo in l.j.§.ſi omnes.de vẽ.inſpi.Si verò fieret cũ cau
7 ſa tũc eſt faciẽda,vt dixi ſ. de iure fiſ.l.facultas. ¶†In tex.ibi,
in perpetuũ. nota ꝙ cũ ſit cõpoſitio pro annuis præſtationi-
bus vel tributis certo modo ſoluendis: ꝙ intelligitur facta in
8 perpetuũ,ſi ſimpliciter facta eſt,& ſic presbyteri† parochiarũ
ſe cõponentes cum parochianis ſuper præſtatione decimarũ,
quouſq; erunt presbyteri non poterunt vltra modum cõpoſi
tum decimas petere. Ange.¶Ex fine not.arg.contra clericos
& ſcholares, vel alios habentes immunitates à gabellis, qui
d prætextu eorum alios excuſant.ᵈ Barto.

9 Additio. †Et ſic no.ꝙ prętextu liciti non debet fieri illicitum:vt l.q ſub prætextu.ſ.de ſacroſ.ecc.qđ facit
cõtra clericos q habẽt priuilegiũ,vt morãtes in ſtudio habeãt
fruct⁹ præbẽdarũ & ꝑcipiãt:ꝙ ſi nõ intrãt ſcholas,nõ debeãt

habere

a ¶Et ſummariè.Vide Pet.de Suz.in l.ſed ſi ſuſceperit.§.ſi libertus.ff.de iudi.& Spe.in tit.de fur.verſi.ſed quid ſi nauta.& de lib.conce.§.decimo.verſ.iij.

b ¶Facere.Vide tu latè & not.per do.Soci.in cõſ.clxvij.incip.non inutilis ſed neceſſaria.verſ.cõfirmanᷣ pręmiſſa.& verſ.circa primã plures.cũ verſ.ſequen.in ij.parte.charta xxxij.vbi etiã quib⁹ actionib⁹ & remedijs breuioribus & magis ſummarijs poſsit ꝑ dñm expelli ibi,in verſi.circa tertiam quæſtionẽ principalẽ.cũ verſ.ſeq.& an requiratur libellus ſolẽnis aut qualiſqualis petitio, ibi,in verſi.via aute breuiter. Et an & qñ pro eius expulſione impetrãda officũ iudicis requiraᷣ citatio & corã quo,ibi,ĩ verſi.ſecundo an in tali impetratione cũ verſi.ſequen.char.xxxiij.

c ¶Propter paupertatem.Adde qualis paupertas requiratur ad hoc vt ꝓcedat quod hic dicitur.glo.in l.oẽs.ſ.eo.quã ad hoc alleg.Bal.in aut.defuncto.ſ.ad Tert.refert & ſequitur Gerard.de Petra ſancta ſin.ſuo lxxiij.inci.pauperes.

d ¶Alios excuſanᷣ.Adde oĩno ad ꝓpoſitũ eorum quę hic dicũtur,Ant.Corſe.ſing.ſuis in ver.gabella.lo j.§.ſi oẽs clerici vel alij.vbi alleg.tam tex.huius legis,ꝗ̃ iſtum hic.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

habere: vt no. in d. l. q ſub prętextu. Ang. ¶ † Quęro quę me-
dietas eſt iſta q̃ ſoluebatꝰ: dixi ponēdo caſum. medietas autē ei.
iſta eſt opi. vera. Alij dicūt medietas eiꝰ, qđ añ ſoluebat. qđ nō
placet: qa ita erat neceſſaria īſpectio poſſeſsionū & fructuū ꝓ
medietate ſicut ꝓ toto. Deuentū eſt ergo ad medietatē aurei,
reſpectu capitū, nō reſpectu fructuū, vel alio quocūq; modo,
dummodo quo ad fructus non habeatur reſpectus. Bar.

*De indictionibus. Rubrica.*

¶ Super rubrica iſta quærit glo. quid eſt indictio. dic vt in ea.
& ex ea fit connumeratio indictionis, quæ fit hodie in inſtru-
mentis. Item ponit glo. qualiter fit connumeratio annorū do
mini per diuerſas ſectas. quod dic vt in ea.

SVMMARIVM.

1 ☞ Priuilegium immunitatis non porrigitur ad munus ordi-
narium.
2 Lex vel ſtatutum poteſt facere qđ munus extraordinarium fit
ordinarium. Item quòd
3 Collecta ſit munus reale, licet imponatur perſonæ pro rebus.
4 Clerici quando teneantur ſoluere collectas Archiepiſcopo.
Caſus in quo exigitur ſcriptura.

LEX I.

OMnes. Indictio, munus ordinarium eſt, &
ideo ab hac indictione non excuſan-
tur: qui à muneribꝰ excuſationē habēt. h. d. Ad
euidētiā ſcias ꝙ ego dixi tibi in l. omnes. s. ti. j.
1 Hoc præmiſſo tex. eſt clarus. ¶ † Not. ꝙ pri-
uilegiū immunitatis nō porrigitur ad munus
2 ordinarium, ſed ad extraordinarium. ¶ † Item nota ꝙ ꝑ l. po-
teſt fieri ordinarium ꝙ primò erat extraordinarium. facit ꝙ ꝑ
3 ſtatutum poſsit fieri vt collecta ſit munus ordinarium. † Itē ꝙ
ſit munus reale licet de iure imponatur perſonæ pro rebus, vt
nota. in l. indictiones. s. titu. j. & l. reſcripto. ff. de mu. & ho. di-
cam j. de mu. pa. in rub. Bar.

4 Additio. † No. in litera huius legis caſum, in quo exigitur
ſcriptura. & ſic eſt argumentum quòd ſi Archi.
mittit literas clericis ꝙ ſoluant collectam, non tenentur ſolue-
re, niſi literæ in indictione epiſcopi fuerint confirmatæ, & vi-
de quod poſui in l. j. j. de apochis pub. Ange.

LEX II.

PArticulari. Glo. cōſtruendo iſtum tex. ponit ca-
ſum. & breuiter hoc intendit: añ tem
pus ſolutionis debet ſingulis prouincijs notificari vt
ſe præparent ad indictionem ſoluendam. h. d. Gl. declarat iſtā
lec. dic vt in ea. Not. verſum. nam leuius lædit quicquid pręui
dimus ante, vt s. de manu. l. j. & in aut. de colla. in prin. ¶ No.
modum notificandi indictiones. Bart.

Additio. De hoc vide s. de manu. l. j. & in auth. de colla. in
prin. Ange.

*De ſuperindicto. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Superindictum dicitur quod extraordinariè cauſa neceſsi
tatis imponitur.
2 Immunitas conceſſa à collectis, an extendatur ad impoſitas tē
pore guerræ.

¶ Super rubrica quærit glo. quid ſit ſuperindictum: dic vt in
1 ea. breuiter illud † quod ex cauſa neceſsitatis imponitur extra
ordinariè ſuperindictum dicitur. Bar.

Additio. Quid ſit ſuper indictum, ponit Bald. in l. fin. C. ſi
2 ne cen. vel reli. † & per hanc legem determinat
Rai. de For. ꝙ ſi conceſſa eſt immunitas alicui à collectis: ꝙ il-
la immunitas extenditur ad collectas propter guerras. & idē
tenuit Fulg. in l. ſi ex toto. & ibi Ray. de leg. j. ſed cōtra tenuit
Dy. in l. j. vt nemini liceat ſe excuſare. de quo vide ꝑ do Ang.
de Are. in d. l. ſi ex toto. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Non creditur dicenti ſe aliquid facere mandato ſuperioris,
niſi oſtendat literas.
Cardinali aſſerenti ſe aliquid facere mandato ſuperioris non
creditur, niſi literas oſtendat.
2 Solus princeps ob vtilitatē publicā pōt collectā imponere.
Ciuitas pro neceſsitate ciuitatis collectam imponit.
Collecta an ponatur per æs & libram, remiſsiuè.
3 Collectam imponere qui poſsint.

LEX III.

NIhil. Superindictum ſolus Princeps imponit:
nec ad alterius literas quis cogitur exſol-
uere. hoc dicit. & eſt bona lex, & ponit practicam
1 pulchram. ¶ † Not. ꝙ non eſt credendum literis ali
cuius dicentis ſe hoc facere mandato ſuperioris, niſi in ipſis in-
feratur licentia, ſiue literæ ſuperioris, vt ibi, dum dicit, & im-
rialibus nexa præceptis. Canoniſtæ tamen dicunt ꝙ Cardina
libus & quibuſdam præcellentibus creditur etiam ſi literas nō
a oſtendant, [a] nec habere ſe dicant: tamen eſt contra iſtum text.
vbi non creditur etiam perfecto prætorio. Bart.

Additio. Item dicit Bart. in l. ij. ff. ſi quis in ius vo. non ier.
alleg. c. præterea. de dila. & vide Lud. in l. ſciēdū.
de ver. ob. & in l. ſi publicanus. §. j. de publica. vbi allegat plu-
res concor. & Bar. in l. prohibitū. de iure fiſ. & in l. palatinos.
☞ j. de colla. fun. fiſca. li. xj. Alex. ☞ Adde ꝙ iſte tex. non pro-
bat dictum Bart. hic: quoniā text. hic loquitur in his quæ erāt
reſeruata principi: puta, quia quis dicebat ſe habere talē pro-
miſsionem à principe, non eſt dubium ꝙ nō creditur ſine lite
ris, & maximè quando certaretur de præiudicio alterius, ſecū
dū Ange. in conſil. cxxx. & per Pet. de Anch. in Clemen. j. de
proba. in ver. ſecūdo quærit vtrū credatur. quod tñ intelligēt
per Bal. in l. exemplo. C. de ꝓb. ad fi. Sed ꝙ nō credatur. Car.
ſi mittitꝰ in legationē de ſua legatiōe ſine literis, hoc eſt falſum
ſecundū qđ volūt ferè omnes doc. in c. quod ſuper his. de fide
inſtru. de qua tamen q. in c. ſicut. per glo. de ſentētia excom. &
in ca. apoſtolicæ. de re iud. in ſexto. & in c. cū olim eſſent. de pri
uil. per Spe. in tit. de leg. §. ſupereſt. verſi. quid ſi dele. in tit. de
teſte. §. j. verſ. quid ſi aduocatus. glo. & Arch. in c. nobiliſsimꝰ.
xcvij. diſtin. per Inno. in c. cū dilectus. de app. per Ioan. And.
in c. ad audientiam. de ſententia excom. & in c. conſti. de appel
la. & in c. ij. de offi. deleg. in ſexto. plenè per Petr. de Ancha. in
Clemē. j. per Lapum alleg. xv. & xxxiiij. & per Bal. in l. ſi qua
per calumniam. de epi. & cle. & in l. iuriſiurandi. de teſti. & in
l. j. de manda princip. & in l. aliquādo. de offic. procon. & in l.
prohibitum. s. de iure fiſci. vide Roma. in litera. no. xj. Alexā.
2 ¶ † Secundò no. ꝙ hic videtur tex, ꝙ ſolus princeps poſsit col
b lectas imponere [b] ꝙ eſt verum pro publica vtilitate: ſed ꝓ ne-
ceſsitate ciuitatis, vel prouinciæ ipſa ciuitas imponit, & cogitꝰ
imponere. not. ff. quod cuiuſq; vni. l. j. §. fina. in glo. ſuper ver-
bo, proconſul. dixi in l. iiij. §. actor. ff. de re iudi. & ibi plenè di
xi: an debeat imponi per ſolidum & libram, vel per capita, vi-
de quod ibi dixi. Barto.

3 Additio. Adde etiā † ꝙ reges imponūt, vt in c. j. quæ ſint
regalia. Item qui habent ex conſuetudine ius col
lectandi. Bald. in l. ſi. C. ſi ſine cen. vel reliq. Item illi quibꝰ ī cō-
ceſsit merū, & miſtū imperium, & omnimodā iuriſdictionē,
ſecundū Alb. In l. imperiū. de iu. om. iu. vbi plures alios alleg.
Itē illi qui ſunt loco domini, vt priores ciuitatis. Bart. in l. pla-
☞ cet. de execu. mu. eo. lib. Alex. ☞ Adde Rayn. in repe. l. reſcri
pto. §. ſciendum. ff. de mune. & hono. in verſ. nunc reſtat vide
re. & vide quod dixi poſt Bar. in l. iiij. §. actor. de re iudi. Alex.

a ¶ Non oſtendant. Ad quod vide copioſè & no. do. Felin. in c. ad eminentiam. ī prin. de ſentē. excom. Tu vide ad propoſitum huius dicti quod poſui remiſsiuè ī apoſtil. ad ipſum in l. vni. in apoſt. in verſi. literas. s. de man. prin. vbi ꝓbo hoc dictū tam per Canoniſtas, q̃ Legiſtas.

b ¶ Imponere. Vide Feli. in c. cùm dilecta. de reſcr. in verſi. ſinguli. & quod ibi dixi in apoſti. Tu vide ad hoc Gul. de Cu. in l. neminē. nu. ix. & qđ ibi poſui in apoſt. in verſi. indicūtur. s. de ſacroſan. eccl. Iac. Rebu. ī l. j. nu. xv. & ibi poſui in apoſtil. ī ver. collectā. j. de mu. & in quo loco. iſto li. & dixi ī ſtylo parla. parte iiij. verſi. areſto xxx.

*De exactoribus tributorum. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Grauatus vt ſoluat collectas, vel tributū, poteſt dicere ex-
actori ꝙ ſibi oſtendat quaternum, an ſit ibi deſcriptus.
Debitor tributorum quando poſsit conueniri.
2 Exactores nō poſſunt aliquē pignorare. niſi habeāt buletinū.
3 Scriptura tabellionis breue appellatur.
4 Per librū exactoris ꝙ probetur quem non ſoluiſſe collectam.

LEX I.

DVcennarii. exactores nō debēt exige
re niſi eos, q in breuibus
cōtinentꝰ, ſeu exactis à tabellario ſibi datis.
h. d. De officio illorū tabellariorū vidiſtis
☞ in l. ij. s. de iure fi. De materia adde an exa-
ctor tributorū poſsit officiū ſuū alteri cō-
mittere & delegare, dixi de ca. largi. ti j. in
l.neminē.ſ.de ſa.ſā.eccl.& ego plenè examinabo j.de mulieri
bus & in quo loco.l.j.& ibi dicā, & no.& ſigna hanc gl. Bar.

LEX I.

CIuilia. Hæc lex eſt clara, quam proſequere vt in
glo.& etiam l.ſequentē: quia ambæ ſunt
claræ.

SVMMARIVM.

1 ☞ Immunitas ſimpliciter conceſſa refertur ad patrimonia-
lia.
2 Onus percipiendi hoſpites eſt munus patrimoniale.
3 Eccleſia nō tenetur hoſpitare milites.

LEX III.

1 QVi immunitatē. No.† ꝙ immunitas ſimpli
citer conceſſa nō referī ad
munera pr̄imonialia. qd̄ dic vt hic in gl.& ſ.de de-
2 cu.l.vacuatis. ¶† Scđo no. ꝙ onus ſuſcipiendi ho-
ſpites eſt onus patrimoniale: & ſic videī ꝙ nō poſsit imponi
3 eccleſijs, vt ſ.de exact.trib.l.fi.† cū eis & clericis ſit ſpecialiter
conceſſum ne teneantur recipere. C.de epi.& cle.l.j. Et iſta de
facto occurrunt ſæpe qn̄ ſuperueniunt milites & multitudo
☞ equitum, & peditū in ciuitate.| ☞ Et idē dicas in doctorib⁹
& alijs pſonis cōmemoratis hic in glo. qd̄ etiā ſeqī d.Mar.de
laude in tractatu de principe, ī ti.de priuilegio .cōclu.lxxxv.
Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ciuitas iuſtè facit ꝙ vnus teneat equum pro cōmuni, &
alij conferant ad expenſas.
2 Sententia iudicis poteſt decerni, an munus ſit patrimoniale
vel perſonale.

NOn videtur. Onus alimētādi equos decurio-
1 nū eſt patrimoniale.h.d. † Not.
ꝙ iuſtè pōt facere ciuitas ꝙ vnus teneat equū pro
communi, qui fortè eſt bonus eqtator, vel armi-
ger, & alius cōferat ad expēſas, fortè propter guerram.
2 Additio. In tex.ibi, decreuit.† Not.per ſniam iudicis poſ
ſe decerni & declarari, an munus ſit patrimonia-
le vel perſonale.& ideo erit cautus aduocatus cū de hoc erit
diſputatio ꝙ faciat ꝙ iudex ad cuius officiū pertinet, ſenten-
tialiter declaret onus patrimoniale vel perſonale eſſe. Ange.

NEque. Aetas vel numerus liberorū non excuſat
à muneribus patrimonialibus. quod intel
ligitur niſi ſit numer⁹ duodecim liberorū, vt l.ij.§.
numerus.ff.de vaca.munc.hoc in ætate ſenili, in iu
uenili dic vt j.ea.l.etiam.

SVMMARIVM.

1 ☞ Qui nō poteſt rem poſsidere rōne ꝓfeſsionis, nō pōt illā
vendicare.

PRofeſsio. Philoſophi nō debēt immunitatem à mu-
neribus patrimonialibus habere.

1 Additio. † No.ex iſta l.ar. ꝙ ſi alicui rōne ꝓfeſsionis non
licet rem poſsidere ꝙ illā rē non poterit vendica
re: quia vendicatio eſt contraria ſuæ profeſsioni. Ange.

SVMMARIVM.

1 ☞ Infans poteſt eſſe miles & Rex: non tamen Imperator.

ETiam. Minores nō excuſanī à muneribus patrimo-
niorum.h.d.& dic vt in gl. Bar.

1 Additio. † Infans pōt eſſe miles & Rex, Adde ꝙ ideo eſt:
qa regnū vadit per ſucceſsionē. ſed nō poteſt eſſe
Imperator: quia creatur per electionē c.venerabilem .de elec.
imò iniquum eſſet ſecundū Bal.in l.ex hoc iure.ff. de iuſti. &
iure. Alex.

QVantum. Superindictiones ſunt munera patrimo-
nialia.

*Quemadmodum ciuilia munera indicantur.* *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Quis eodem tempore nō poteſt habere plura officia.
2 Vocatus ad duo officia in eadem ciuitate, an ambo exercere
poſsit.

LEX I.

1 CVm te. † Nō debet qs eodē tēpore habere
b plura officia ᵇ.h.d.† Quærit gl. qd
2 ſi ad duo officia qs in eadē ciuitate fuerit voca
tus.& dic vt in gl.de quo dixi in l.ad officiū.
ff.de manu. vin. Leges ſequentes huius titu.
ſunt claræ: proſequere eas vt in gloſ.

dd

a ¶ Pōt eſſe miles. Infero poſt Bar. i l.fi. de te.mi. ꝙ doctor debeat militē pcedere, cū doctor minor annorū xvij. non poſsit creari, vt no. idem Bar. l.j.§. pueritiā.ff. de poſtu. Sed rō Fel. in c.q̄to.lo j.& ibi poſui in apoſ. ad Pañ. extra de magiſt. mihi vr̄ probabilior dū dicūt doctorē hr̄e dignitatem, quā miles non habet, vt per Ro. ſing.ccccvij. inci. an ſit militia dignitas.

b ¶ Officia. Vide ad hoc q̄ hñr per do. Alex. de Imo. in l.ſi cōſu.de adop. & in l.lecta.ſi cer. pe. Bal. i l.ſi ad ſcribarū.in fi.de app. adde Ro. ſin. ſuo cclxxxviij. inci. ſi ſtatutū prohibet. & quod ibi poſui in apoſt. ad ipm. & Pañ.in c.cū ſit. nu.iij. vbi etiā poſui i addi. ad ipm. in ver. deponere. extra de iudæis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*De iis qui ſponte munera publica ſubeunt.* Rub.

SVMMARIVM.

1 ☞Subiēs onera ſpōte, à qb⁹ poterat excuſari, debet ꝓteſtari, ne pręiudicet ſibi vel ſuo priuilegio. Et quando fuit impoſita præſtantia, quam ſoluit, licet non teneretur.
2 Ratio differentiæ inter decurionatū, per quod perdiť priuilegium, & alios honores, per quos non perditur.

LEX I.

VEterani. Qui patitur ſe creari decurionē, videtur renuntiaſſe ſuo priuilegio, niſi ſub pacto hoc officiū acceptauerit ſaluo ſuo priuilegio. ſecus ſi ad aliū honorē ſe eligi paſſus fuerit. h.d. cum duabus legib. ſequē.
1 ¶†Not. ex fi. l. j. hui⁹ tit. ꝙ qñ qs ſubit onera ſpōte d; ꝓteſtari, ne p̄iudiceť ſibi vel ſuo priuilegio: & ſic feci qñ fuit mihi impoſita p̄ſtātia, de qua potui excuſari: tñ nolui me excuſare, feci tñ ſcribere ī cataſtro ī lib. ſolutionū ꝙ illud faciebā nō aīo p̄iudicādi mihi ī priuilegijs & pac. mihi factis.

Additio. Vide Bar. in l. fi. ff. de priui. vetera. & ibi p Imo. ſatis latiſsimè per Cy. in l. voluntariæ. de exc. tu. & vide Bar. in l. ſi creditor. in pe. col. ff. de iu. de. in pe. & Bal. ☞in c. cū veniſſent. de cōſti. Alex. ☞Facit an priuilegiū p cōtrariū actū pdať. de quo vide tex. & ibi Bar. in l. iij. de decu. & vide Bar. & ibi dixi ī l. vſum aq̄. de aquę duc. & vide oīno apoſtillā ſup tex. C. de iure do. īpe. ſed q̄tū tp̄s reqrať, dic ꝙ xxx. anni, vt l. falſo. & ibi no, C. de diuerſis reſcri. & c. accedētib⁹. & c. ſi de terra. de priui. Et in ver. feci. not. & adde Cy. in l. vo-
2 lūtariæ in v. q. in fi. ff. de excu. tu. Alex. ¶†Sed quęro q̄ ſit ratio differentię iter decurionatū, p qd' pdiť priuilegiū & honores alios, p quos ſubaudi, non pdiť, vt j. l. pxi. Rñ. ꝙ decurionat⁹ eſt quoddā officiū vle: qa ex decuriōatu appet ꝙ eligunť alij officiales. ſec⁹ in alijs officialib⁹ vel honorib⁹, de quo plenè per Cy. in l. voluntariæ. de excu. tu. & ēt ego plenè dixi. ff. de priui. vetera. l. veteranos. & in l. ij. ff. de decu. & probatur dicta ratio. j. l. proxi. hic non ſunt alia. Barto.

SVMMARIVM.

1 ☞Filius licet ciuilitatem paternam inductam origine renūtiare non poſsit: inductam lege vel pacto ſic.
2 Repreſaliæ conceſſæ contra Florentinos, non comprehendunt filios ciuium factorum per electionem.
3 Ciuis alicuius ciuitatis ꝙ quis efficiatur per legitimationem factam de eo per ciuitatem.
4 Legitimatus per traditionem curiæ efficitur legitimus etiam ad ſuccedendum ab inteſtato.

EOs qui. Liber homo qui ſpōte curiæ tradit ſeipſum, non obligat ſuos liberos quādocūq; genitos: ſecus ſi naturalis filius curiæ offeratur. Barto.

Additio. Faciunt notata in l. cùm ſatis. de agri. & cenſit. Alexand.

1 Additio. In tex. ibi, libera manebit. †Nota ex illo text. ꝙ licet ciuilitatem paternam inductā ex patris origine filius renuntiare non poſsit, vt no. gl. de mu. & ho. l. originem. ciuilitatem tñ paternā inductam ex lege vel ex pacto inito per ciuitatē cū recepto in ciuē filius renūtiare pōt: quia
2 talem ciuilitatem nemo cōſequitur inuitus. & †ſunt ar. ad q. cōceſſę ſunt alicui Peruſino cōtra Florētinos rep̄ſalię. nō eſt dubiū ꝙ in hac cōceſsiōe veniūt illi q ſunt Florentini electi: vt puta quia ciuitas Florentiæ aliquos ciues elegerit, & eos in ciues aſſumpſerit: ſicut quotidie fit. nā ciues ſunt: vt l. ciues. §. de incolis. & l. j. ad muni. ergo comp̄hendunť ſub verbis. ſed dubiū eſt an filij electorū Florētinorū in ciues Florētinos tā nati tp̄e electiōis & aſſumptiōis, q̄ ēt poſtea nati & cōcepti cōprehēdunť: ita ꝙ capi poſsint vigore rep̄ſaliarū: hic videť caſus ꝙ nō: nā talis ciuilitas nō nocet natis, neq; ēt naſcituris per
3 hanc l. ibi: ꝙ ab inteſtato. ¶†Nota ꝙ quis efficitur ciuis ciuitatis per legitimationē factam de eo per ciuitatē: & non ſolus
4 ipſe, ſed deſcendentes ex ipſo. ¶†Itē no. ꝙ legitimatus p traditionē curię intelligitur legitimari nō ſolū ad ſuccedendū ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato. Ang.

*De his qui à principe uacationem acce.* Rubri.

LEX I.

NVllus vacationem. Hæc lex eſt clara, quā per teipſum proſequere.

*De uacatione publici muneris.* Rubri.

SVMMARIVM.

1 ☞Munera ordinaria quæ ſint, & ea quibus imponuntur.
2 Immunitas cōceſſa à muneribus nō porrigitur ad ordinaria.

LEX Vnica.

MVneris. Vacatio ſimpliciter conceſſa non porrigi-
1 tur ad munera ordinaria. h.d. ¶†Et no. ꝙ munera ordinaria ſunt quæ imponuntur lege, ſenatuſ conſulto, & conſtitutione principum: & alia dicuntur extra-
2 ordinaria. & dic vt dicā. j. de mulie. & in quo loco. l. j. ¶†Secūdò no. ꝙ immunitas nō porrigitur ad munera ordinaria. de quo plenè dic vt hic per gl. & s. de decu. l. vacuatis. & dixi ff. de iu. immu. l. ij.

*De decretis decurionum ſuper immunitate quibuſdam concedenda.* Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ☞An quæ fieri poſſunt p ſtatutū, etiā fieri poſſunt p pactū.
2 Pactū, ſtatutum, & renuntiatio an æquiparantur.
1 ¶No. gl. rub. ſpecialiter dum† dicit ꝙ ea quæ poſſunt fieri p ſtatutū, poſſunt fieri per pactum. ſed in cōtrariū facit qd' not. ff. de re iudi. l. neq; pignus. §. priuatorū. & l. neq; ex prætorio. eod. ti. quod declara vt plenè dixi in repe. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.
2 Additio. An† pactū, & ſtatutū, & renūtiatio ęquiparentur, vide Io. an. in c. fi. de ap. in vj. & an pactū & conſuetudo æqparenť: text. ꝓbat ꝙ ſic in c. fi. de diuor. & no. Io. an. in c. ſacroſancta. de elect. de hoc vide l. nō impoſsibile. ff. de pact. de quo ēt per Bar. & doc. ibi, ſed iſta gl. reprobatur per doc. & Ful. & d. Ange. de Are. l. nō ſolū. §. morte. circa. ij. co. de ope. no. nū. & adde l. fi. s. de fideiuſ. & §. diſponat. ī auth. de nup. & gl. in l. dñi p̄diorū. de agri. et cē. & vide d. Alex. ī fi. col. hoc idē voluit Sali. in hac rub. vide d. Alex. in l. ſępe. ī ij. ☞co. ff. de re iudi. ☞Alex. De hoc vide per Io. An. in c. fi. de cōſue. vbi approbat gl. in d. l. neq; pign⁹. reprobat gl. hic: cui ſimilis eſt gl. in l. cū te. & l. nō impoſsibile. ff. de pac. vbi idē dicit. & in c. cū dilec. in ver. cōſtitutū. & vide Bal. in l. ſi ex cautiōe. C. de nō nu. pe. in fi. q. & in l. j. C. q̄ ſit lō. cōſue. & in l. Titio cētū. §. ij. de cōd. & de. Adde ꝙ dici pōt ꝙ iſta glo. ꝓcedit affirmatiuè, ſ. ꝙ fieri pōt p pactū, pōt fieri per ſtatutū, ſed nō ecōtra. Ita loquunť p̄dicta. Pro hac cōcordia eſt tex. in l. fin. in fi. C. de fideiuſ. & adde Bal. in l. cūctos populos. in xx. co. C. de ſum. tri. vbi dicit ꝙ quicqd pōt fieri p pactū iuramēto vallatū, pōt & per ſtatutū. vide Bal. in l. j. C. cōminat. vel epiſtolas. & no. in l. j. qui bo. ced. poſ.

SVMMARIVM.

1 ☞Decreta decurionum cōcedētia immunitatem, an ſint nulla ipſo iure.
2 Conſilium ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem ꝙ poſsit concedere immunitatem.

LEX I.

1 EXceptis. †Quęro nunqd iſta decreta ſint ipſo iure nulla, vel veniāt reſcindenda? Vī ꝙ ſint nulla ipſo iure, dum dicit ſacris conſtitutionibus. In contrarium facit l. ſi ambitioſa. ff. eod. & dic vt in gloſ. & ibi dixi.
2 ¶†Sed q̄ro cū decuriōes nō p̄ñt cōcedere immunitatē: quis poterit cōcedere. Dicit gl. ꝙ Imperator. Et idē puto ꝙ cōciliū magnū, & adunātia gñalis, q̄ habet plenū imperiū: qa fortè eſt ciuitas q̄ nō recognoſcit ſuperiorē. De quo plenè dic vt dixi in l. ambitioſa. ff. eo. quā ſolenniter repetij.

Additio. Et per Barto. in l. iiij. in princ. de vaca. mu. & per Bar. in l. vacuatis. de decurio. s. eo. lib. Alexan.

*De excuſationibus munerum.* Rubrica.

¶Nota gl. rubricæ: quia eſt notabilis & magiſtra.

SVMMARIVM.

1 ☞Protectores dicuntur qui ſtant ad cuſtodiam principis.
2 Poſiti ſub protectione alicuius nō dicūtur illi ſubiecti: nec talis recipiēs aliquā habet iuriſdictionē, ſed teneť defendere de facto cum armis.
3 Ciuitas vel caſtrū poſita vel poſitū ſub regimine alicuius, an recipiens habeat merū & miſtum imperium. ꝙ non.
4 Recipiēs aliquod caſtrū ſub eius regimine ꝙ non habeat mulctas & pœnas.
5 Recipiēs aliquod caſtrū ſub eius ꝓtectiōe & regimine, qd' nō poteſt illi imponere collectas.

LEX I.

ETiam hi qui. Hi qui gerunt negotia principis non habent vacationem à muneribus, niſi ſint ex illis officijs quibus ſpecialiter eſt conceſſum. h.d. ¶†Quæro quid ſit dictum
1 protecto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

protectorib⁹. Gl. dicit, dic de hoc j. de dome. & ꝓte. ſup gloſ.
rubricæ. lib. xij. & ibi exponit ꝓtectores illos q ſtant ad cuſto
2 diā principis, vt ſunt macerij, & alij ſiſes. † Ex hoc dicebāt in
qōne de facto, dr̄ in capitulis pacis factis cum Archiepō Me-
diolañ. ꝙ oīa caſtra occupata ꝑ Vbaldinos remaneāt ſub pro
tectiōe & regimine ipſorū. dubitaṫ qd importāt iſta verba, ꝓ
tectio & regimē. Dico ꝙ ꝑ iſta verba nō debeṫ eis, nec hn̄t ali
quā iuriſdictionē. Caſus eſt hic, & in c. ex p̄te tua. extra de pri
ui. ſed hn̄t ptātē defendēdi de facto cū armis & militibus. qđ
eſt officiū ꝓtectorū, vt no. ru. j. de of. ꝓte. & dome. li. xij. pōt
etiā defendere via iuris & iudicij, vt no. in c. ad audiētiā. extra
3 de ap. † Sed ex eo qđ dicit ſub regimīe ei⁹ eſt magis dubiū: nā
Rector loci idē eſt qđ præſes, vt no. gl. de offi. recto. ꝓuinc. in
rubro & nigro. & ff. de of. pręſi. l. illicitas. §. q vniuerſas. & ſic
nota ꝙ ibi dr̄ regūt. Et ſic vr̄ ꝙ ex natura dicti verbi, pn̄t oīa
facere q̄ pōt præſes: & ſic habet merū & miſtū imperium. In
cōtrariū facit: qa eſt verū qđ dictū eſt qn̄ regimē cōmittiṫ pro
uinciæ, ſed qn̄ cōmittiṫ regimē ciuitatis, nō venit merū impe-
riū vel miſtū, & idē ſi cōmittiṫ regimē caſtorū, vel villarū, vt
s̄. de defen. ciui. per totū. & melius in corpore de defen. ciui. §.
iuſiurādū. & §. audiēt. & s̄. de mā. pri. ꝑ totū. & ibi ꝑ gl. Azo.
in ſum. Et hoc vr̄ veri⁹ ꝙ ſit ſpāle ī vrbe Romana, vt ſi ei⁹ cō-
mittaṫ regimē videaṫ cōmitti merū & miſtū impiū, vt ff. de
offi. p̄ſe. vr. l. j. & maximè cū iſta verba dubia debēt interp̄ta-
4 ri cōtra eū q ꝓfert, vt ff. de pac. l. veterib⁹. † Sed poſito ꝙ ha-
beat merū & miſtū imperiū pœnę & mulctę q̄ iponunṫ in di-
ctis locis: nūqd erūt eorū? Certè nō: qa nō ſunt p̄ſidis ſeu re-
ctoris, ſed ei⁹ q ī illis locis habet ius fiſcale, vt l. mulctarū. s̄. de
mo. mul. & in x. col. q̄ ſint regaliæ. c. j. vbi dr̄ exp̄ſſe ꝙ talia nō
5 veniūt, niſi exp̄ſſe cōcedanṫ. † Sed q̄ro vtrū huius vigore pote
rūt iponere collectas dictis locis. Rn̄. nō: qa p̄ſes ꝓuincię non
pōt imponere collectas. vt j. l. placet. & s̄. de ſupindi. l. j. Rema
net ergo apud eos ad quos primò pertinebat ius collectandi,
☞ al's dic vt ī gl. Bar. ☞ Vide Cy. & Bal. ī l. j. C. ſi quacūq; p̄di.
pote. Et qd ſi ſtatutū dicit talis ſit extra ꝓtectionē cōis. vide
ꝑ Cy. ī l. j. C. de nat. lib. ꝑ Mod. ī c. olim. de accu. & vide gl. in
c. ego. in ver. ſaluo. de iureiu. & Adde Inn. in c. ad audiētiā. de
app. vbi dixit ꝙ operaṫ vim appellatiōis. & refert & ſequitur
Bal. in ſua margarita: in ver. appellatio. Quid in eo q ſubijcit
ſe gratię volūtati & miſericordiæ alicui⁹: vide Inn. ī c. veniēs.
de renū. & Ang. in l. ſi cui. de ſeruit. Itē ī ver. vt ſi ei⁹ cōmittaṫ
regimē. Vide circa hoc Bar. in l. ſi qn̄. la j. C. de bo. vacā. & ibi
dixi. & vide quod no. Bar. in l. cōiter. §. cū l. de acq. re. do. &
Bal. in l. ij. de pedaneis iudicibus. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Collectam pro quibus dn̄s ſubditis ſuis imponere pōt.

Placet. Pręſes vel alius iudex nō pōt collectam
imponere. ſed ſi neceſsitas imminet, de-
bet ſcribere pręfecto: & præfectus reſcibet principi
qui hoc permittet. h. d. Bar.

1 Additio. † Sed ꝓ q̄bus pōt dn̄s iponere collectam. Dic ꝙ
Albe. de Roſa. in ſuo alphabeto dicit ꝙ pōt im-
ponere ꝓpter defenſionē terræ ſanctæ, vt iij. qo. iiij. c. ſanctitu
do. & de immu. eccl. c. peruenit. Itē ſi dn̄s vult ire in exercitum
indictū à principe cōtra hæreticos. Itē ſi in bello ex parte ſua
fuerit captus vt ſe redimat. Itē ſi vult ire ad principē pro obti
nendo priuilegiū ſpāle ꝓ ſe & ſubditis. Itē ſi maritat filiam.
Itē cū facit filiū militē. Itē ad refectionē pōtiū. Itē cū acceperit
qđ erat feudū ſuū vel nouū acqrit. Itē qn̄ ſine culpa dānatus
eſt, vel relegatus. Intelligas ſemꝑ qn̄ ex ſe facere non pōt, & ēt
dū ipſe moderata imponat x. q. iij. c. imo. circa medium. & ex
tra de cenſi. c. cū Apoſtolus. §. ꝓhibemus. & ibi Oldr. & glo.
in ſumma. xxij. q. ij. & ꝑ Ray. in ſumma de exac. & talleis. &
hæc omnia ponit Alberi. in alphabeto in ver. dn̄s. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Qui teneṫ ad factū legis diſpoſitione, nō liberaṫ præſtan-
do intereſſe.
2 Munus publicum non poteſt pecunia redimi.

1 Illud. No. † ꝙ ille q teneṫ ad factum ex diſpoſitione l.
2 nō liberatur pręſtādo intereſſe. ¶ † Item no. ꝙ mu
nus publicū nō poteſt pecunia redimi. & de primo dic vt
dixi ff. de verbo. obl. l. ſtipulationes non diuiduntur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Qui habēt poſſeſſiones in cluſo Peruſino, & reddūt ter-
tiam partem, non tenentur ad collectas.
2 Collecta ꝙ nō ſoluaṫ pro prædijs emphyteuticis, ſed Peruſij
hoc non ſeruatur.

Priuatæ. Prædia emphyteutica principis extraor
dinarias præſtationes non ſubeunt. h. d.
Primò ponit dictum. Secundò remouet dubium. Ter
tiò aſsignat rōnem. Secunda ibi, qn̄quidē. Tertia ibi, & pari.
prima pars eſt clara. in ſecūda gl. ponit caſum. tertia eſt clara.
1 ¶ † No. arg. ꝙ illi q habent poſſeſsiones in cluſo Peruſino, &
reddūt tertiā partē cōi, ꝙ nō teneṫ ſoluere collectā q̄ imponi-
2 tur ꝓ imminētib⁹ neceſsitatib⁹. ¶ † In text. ibi, ꝑpetuo conſi-
gnata. hic vr̄ tex. ꝙ ꝓ bonis emphyteuticarijs q̄ qs habet ab
eccleſia, nō teneṫ ſoluere aliquā collectā cōi. Cū eīn iſta bona
ſint perpetuò penſioni obligata, & pro eis cenſus quolibet
anno ſoluitur, nō debet præſtari pro his collecta cōi, ne dupli
cia onera ſuſtineat. hoc tamen Peruſij de cōſuetudine non ſer-
uatur. Bar.

Additio. Vide Bar. in l. licitatio. §. fi. de pub. Quid in illo
emphyteuta. vide in l. j. per Bal. in j. col. C. de iu
re emphy. ſed And. de Iſernia in c. j. ſuper verb. prælatis. in ti.
☞ quæ ſint regaliæ. tenet contra Bar. Alex. ☞ Adde Bar. in l.
j. de annonis & tribu. & ibi dixi: & Bar. in l. licitatio. §. fin. de
publicanis. Alex.

Eos qui. Protonotarij, notarij, & referendarij prin
cipis habent immunitatem à muneribus
extraordinarijs. h. d. Et expone ibi notarij, & proto-
notarij. & ibi epiſtolis vel libellis. iſti ſunt notarij, & expone
ibi peragendis, iſti ſunt referendarij. Bar.

SVMMARIVM.

1 ☞ Habens priuilegia pro poſſeſsiōibus ſuis nō teneṫ ad col-
lectam impoſitam pro remuneratione legatorum.
2 Priuilegium datum officio dignitatē habēti ꝙ durat etiā di-
gnitate finita.

Maximarum. Primò ponit quaſdam dignitates
quę habent immunitatem à ſordi-
dis muneribus. ¶ Secundò dicit alios palatinos non
habere immunitatem, niſi hoc doceant. ¶ Tertiò dicit circa
magiſtros ſciarum ſeruanda iura antiqua. ¶ Quartò nomi-
nat munera ſordida. ¶ Quintò liberat quorundam poſſeſſio-
nes à quibuſdam præſtationibus extraordinarijs. ¶ Sextò
& vltimò declarat prædicta locū habere durāte dignitate vel
finita. Scđa ibi, cæteros. Tertia ibi, circa rhetores. Quarta ibi,
1 ſordidorū. Quīta ibi, legatis. Sexta ibi, hoc tn̄. ¶ † Et no. ver.
ſordidorū. vbi ſordida munera noīanṫ, & melius q̄ alibi. Itē
no. verſ. legatis. vbi apparet ꝙ priuilegiatæ ꝑſonæ ꝓ poſſeſ-
ſionib⁹ ſuis nō debēt ſoluere collectas ꝓ remuneratione lega-
torū q mittunṫ à curia principis: & iſte eſt propriè intellectus
2 iſtius verſi. ſed glo. aliter intelligit. ¶ † Itē not. ex fi. huius l. ꝙ
priuilegiū durat etiā dignitate finita, ſed ſi priuilegiū daretur
officio nō habenti dignitatem annexā. ſecus eſt, vt. s̄. eo. l. j. &
ibi no. & facit j. eo. l. eam legem. quam vide. Bar.

a Sordidorum. Priuilegiū ꝑſonale non tranſit in ſuc
ceſſorem[a]. h. d. ¶ Not. ꝙ hęc lex venit
ad declarationem præcedentis legis, & not. hanc gl. quæ
ita plenè diſtinguit in ſua materia ſicut alibi: & ideo vide eam
& ſigna. Primū mēbrum glo. eſt, qn̄ priuilegiū concediṫ per-
ſonæ. qđ declara vt no. ꝑ Dy. in c. priuilegiū. extra de re. iu. li.
vj. & l. qa tale. ff. ſol. ma. Scđm aūt mēbrū eſt qn̄ priuilegiū eſt
concellum reb⁹ vel ꝑſonis. Gl. tāgit. ff. de cēſi. l. forma. §. cēſ.
& ego dixi in l. peñ. ff. de ſer. leg. Alia aūt mēbra ſunt clara &
b bn̄ examinata ꝑ Dyn. in c. priuilegiū.[b] de re. iur. li. vj. ☞ Vi-
☞ de gl. in c. cū veniſſent. de cōſti. q̄ tenet ꝙ in dubio ꝑſonis cō-
ceſſum intelligaṫ niſi expreſsè aliud appeat. Facit l. ī pecudū.
ff. de vſuris. de quo ꝑ doc. moder. in l. qa ꝑſonale. vide Bal. ī l.
fi. ff. de cōſti. prin. ꝑ Ioā. an. in mercu. in regula priuilegiū. per
Spe. ī ti. de inſtr. edi. §. nūc. ver. itē q̄ſtio fuit. Et adde ꝙ vbi cō
cediṫ priuilegiū miſta cōſideratiōe loci & ꝑſonę, ꝙ nō poteſt
in alio loco exerceri, ſcđm Bal. in l. j. in xviij. q. C. de ſerui. &
Inn. in c. bonæ. de poſtu. p̄la. Itē adde ꝙ in ꝑſonalibus actibus
in perſona inſeparabiles includunṫ: vt ibi, ſi ſtipulat⁹ fuero ꝑ
te. ff. de ver. ob. & l. & hæredi. ff. de pac. & hoc in priuilegijs in
reſcriptis dicunt in c. qm̄ Abbas. de offi. deleg. & ad q. de qua
hic, adde gl. xvj. q. j. c. poſſeſsiōes. q̄ tenuit ꝙ dr̄ ꝑſonale in du
biū. & idē tenuit vbi ſupra Io. an. per l. j. §. ꝑmittiṫ. ff. de aqua
quoti. & æſti. & ī l. iij. de cēſi. & in l. j. §. j. de iure immu. & l. pri
uilegia. de re. iur. cū quo trāſit Bal. in d. l. fi. de cōſt. prin. & ibi
Pe. de Anc. & Cy. in j. q. & Bar. in l. j. e. ti. vide ēt Bal. hic, & in
l. j. & in d. l. ꝑſonale. & ibi ꝑ Imo. qd ī bn̄ficijs q̄ nō ſunt cōtra
ius cōe, an in dubio intelliganṫ eſſe realia, vide Barto. in l. j. de
ſerui. vbi tenuit ꝙ ſic. Spe. in ti. de inſtr. edi. §. nūc aūt. ver. qđ
fuit. vbi dicit ſtandū cōcedētis interp̄tatiōi. ꝑ l. Nerati⁹. de re.
iur. de quo vide ꝑ Bal. q fuit ſibi cōtrari⁹ in l. liberti liberte q̄.
C. de ope. lib. in x. col. & in l. fi. de cōſti. prin. & in rubri. C. de
priui. do. in iiij. col. & in l. ſi nō ſpāli. C. de teſt. & l. apud Iul.
§. ſi quid alicui. ff. de le. j. & qđ not. Bal. in l. fi. §. ſed & ſi qs. C.
communia de leg. Alex.

a ¶ In ſucceſſorē. ad
de d. Ale. de imol.
in l. j. de cōſti. pri.
vbi ēt ꝑ Bar. ī j. &
ij. col. & in ſuo cō.
inci. primò quęriṫ.
b ¶ In c. priuilegiū.
de re. iur. li. vj. Ad
de quod no. ibi in
apo. ad ip̄m poſt
do. Boe. in addi. q̄
inci. nō tranſit ad
ſucceſſores.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

EAm legem. Hic ponit alia declaratio l.maximarũ, & proſequere vt in gl.

EVidenter. Prædia principis propria vel emphyteuticaria ab extraordinarijs & ſordidis muneribus ſunt exempta.h.d. concordat l.priuatæ.ꜱ.eo.& ibi dixi.

*De quibus muneribus uel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare. Rubrica.*

LEX I.

COmparationi. Hæc l.j.eſt clara quam proſequere vt in gloſſ. & totus iſte titu.ſatis clarus eſt.& in iſta l.cũ duabus alijs legibus ſeq. ponuntur quędam munera à quibus nemo excuſatur aliquo priuilegio: nec curatur ſiue ſit ordinaria,ſiue extraordinaria vel ſordida.h.d. totus iſte titulus.

LEX II.

CVm ad feliciſsimã. Nemo ab angarijs,vel vel perangarijs,vel plauſtris,vel alio munere,licet ſordido excuſatur in locis per quę princeps ad expeditionem arripit iter vel Auguſta.h.d.

LEX III.

HAc prouidentiſsima. Ab onere conſtructionis viarum & murorum,vel aliarum ſpecierum,vel comparationis frumenti,ſi cõmode viſum fuit prefecto, nullus excuſatur.[a] h.d.& vide quod no.ĩ l.ad inſtructiones.ꜱ.de ſacroſan.eccle.

a ¶Nullus excuſat. Adde Ia. Rebuf.ĩ l.nemo.nu.j.& ꝙ ibi poſui ĩ apo.ad ipm ꜱ.de an.& tri.& ꝙ poſui in add. ad Gul. de cug.in l.ad inſtructiões. ꜱ.de ſac.ſan.eccl.

*Qui ætate & profeßione ſe excuſant. Rubrica.*

LEX I.

CVm affirmetis. Studentes habentim unitatẽ à munerib⁹ perſonalibus vſq; ad xxv.an.h.d. ¶No.pro ſtudentibus, vt in terris proprijs non grauentur ad cuſtodias, & alia munera perſonalia. ☞ Intellige hoc verum niſi aliter conſuetudo ſe haberet.ſcd̃m Bar.ĩ l.j.j.de auro coronario. Quid in doctoribus,an excuſent ab oneribus,vide Bar.ĩ l.humilioribus.de ſuſcep.& arca.Bar.& ibi dixi in l.iij.de mulierib⁹ & in quo loco.Itẽ ĩ verb.bñ addiſcat.dicit tex.ĩ c.nemo.de pœ. in vj.ꝙ diligẽti ſtudio põt qs ꝑficere qđ ĩ iuuẽtute omiſit:& iõ Accurſius gl.noſter qñ incœpit ſtudere erat ętatis xxviij. anno.& tñ floruit,vt no.gloſ.ĩ aut. Alex. ¶Itẽ nota ꝙ iſtud priuilegiũ nõ habet locũ niſi in minoribus xxv.anno. quaſi prȩſumat Imperator ꝙ poſtq; exceſſerit xxv.annũ,ꝙ nunq; bene addiſcat.Sed op.ff.de decu.l.ſpurij.§.j.ff.de mu.& ho. l.ad rẽpu.Gl.videt tangere,ſed in ſua ſolutiõe nõ bene declarat:ideo tu dic.Quædã ſunt munera perſonalia in quibus requirit conſiliũ & diſcretio,vt eſſe de cõſilio,vel habere aliqđ regimẽ.& tũc nõ cõcedit minori xxv.an.niſi in defectũ,vt in cõtrarijs. ¶Quædã ſunt munera pſonalia in quibus aliqđ periculũ nõ vertit,vt facere cuſtodiã in ciuitate & ſimilia:& ad iſta poſſunt vocari minores à quibus hic liberant ꝑpter ſtudium.& habent iſtud priuilegium cauſa ſtudiorum.Bar.

b ¶Sed & reprobari.Et ibi vide Nic. de Nea.q refert ꝙ eps̃ Capuan⁹ faciebat examiari reuertẽtes ex ſtudio doctores: & ſi erant inſufficientes,lacerabat eis priuilegium. Vide gloſ. ĩ c.veniã.xxxv.q. ix.q̃ dicit ꝙ ſi apparet electũ ad falſum rumorẽ pñtãtiũ eũ doctũ,nõ eẽ doctũ,debet caſſari electio. Facit ꝙ no.Io.an.ĩ add.ad Spe.ĩ ru.de prȩb. vbi ponit de vaſallo qui putabatur robuſtus& nõ erat:qa poteſt feudo priuari.Itẽ facit ẽt qđ no.Io. An. in add.Spe.ĩ ru.de iure pa.ſup ru.vbi ſingulariter tractat ꝙ eps̃ q ordinauit aliquẽ ad ſacerdotiũ,põt eum repellere ꝑpter inſufficiẽtiã ab eccl'ia curata,nõ ſolũ adepta,ſed ẽt adipiſcẽda,ẽt ſi bis promouiſſet eũ ad curã p rõnes de qbus per eũ q̃ fuerunt Old. licet ipſe nõ dicat conſi.xcij.

LEX II.

CVm filios. Lex iſta idẽ dicit ꝙ præcedens niſi quòd dicit ꝙ ſtudentes liberantur à perſonalibus muneribus:non autem à patrimonialibus.Iſtud vltimum nõ eſt in l.præcedenti.hic non ſunt alia.Bar.

Additio. Et gl.hic dicit de patre & filio.vide Bal.in l.fi.in fi.de impu.& alijs ſubſti.Alex.

LEX III.

MAnifeſti. Maiores quinquaginta quinq; annis excuſantur à muneribus perſonalibus,nõ patrimonialibus.h.d.Bar.

*Qui morbo. Rubrica.*

LEX I.

SI eã cæcitate. Orbatus vtroq; oculo excuſatur à muneribus perſonalibus. ſecus ſi vno tantum.h.d. ¶No.gloſ. poſitam ſuper hac lege: qa hoc eſt verũ in muneribus perſonalibus q̃ opus corporis exigunt vel requirunt.ſecus conſilij.h.d.Bar.

SVMMARIVM.

1 ☞ Debilitatus dicitur cùm aliquis ſenſus perditur.

LEX II.

CVm auriculari. Alias articulari.[1] Debilitas propter morbum habet excuſationem. h.d. ¶Quæro quid ſit morbus auricularis.Gl.reſpondet & bene.non intelligas de morbo propter quem aliqualiter debilitetur auditus:quia tũc nõ haberet excuſationem,vt l.fi.ff.de legi. tu. Sed intelligas de tali morbo auriculari propter quem totum corpus debilitatur. Bar.

1 Additio. In tex.ibi,debilitatũ.† No.quia tũc dicitur quis debilitatus qñ aliqs ſenſus ꝑditur.& facit ad quęſtionẽ ſtatuti punientis pro mẽbro debilitato,de quo dixi in ☞ l.notionũ.ꜱ.de decu. Ang. ☞ De hoc in iiij.c.de cẽſibus.& conſuluit d.Ang.vt refert Lud.in no.litera c.no.vj.Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Podager quam excuſationem habeat.

LEX III.

1 POdagræ. †Circa iſtos podagraphos ſic diſtingue:quia aut querit vtrum habeant excuſationem tempore quo illa podagra grauant ita ꝙ ambulare nõ pñt.Et dic ꝙ ſic,vt hic in fi.ibi: vocari nõ patiet. Aut quȩris vtrũ habeat vacationẽ ſimplr̃,& oĩ tpe:qa podager:& tunc ſi quidem propter illã infirmitatẽ in tantũ debilitatus eſt ꝙ ambulare nõ põt,& ſuis rebus non poſſet ſupereſſe:& habebit immunitatẽ,vt ꜱ.l.ꝓxi.& hac l.ij. rñſo.& ff.de vaca.mu.l.pe.in prin. Aut nõ eſt ita debilitatus, ſed qñq; vexat,qñq; nõ:& tũc nõ haberet excuſationem, vt hic in prin.& ꜱ.de decu.l.iiij.Bar.

c Aſus. Infirmitas patris non liberat filiũ à muneribus perſonalibus.h.d. Bar.

*De his qui numero liberorum, uel paupertate excuſationem meruerunt. Rubrica.*

LEX I.

NVmerus. Iſta lex cum ſequentibus ſunt claræ quas leges proſequere,& diſtingue vt ĩ gloſ.Bar.

CVm facultates. Diuitiæ filiorum non onerant patrem.h.d.& lex ſequens dicit hoc.Sicut pater,ita & mater excuſatur ꝑpter numerum liberorum.h.d.Hic non ſunt alia.

EOs qui. Numerus liberorũ excuſat patrem non filium,ſi ſufficiens reperitur. Item propter paupertatem à muneribus excuſatur.h.d.Bar.

*De profeſſoribus, & medicis. Rubrica.*

LEX I.

CVm te. Medicus donec ſit in exercitu habet immunitatem à muneribus perſonalibus nõ poſt,niſi alio priuilegio,vel alia cauſa excuſetur.h.d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Reprobatus ſemel non poteſt iterum doctorari.

LEX II.

GRammaticos Doctor q nõ legit vtiliter ſcholaribus poteſt reprobari .h. d. in ſumma.& facit ad l.ff.de exc.tu.l.ſed & reprobari[b]. ¶Not.hanc legem contra inſufficientes doctores,vt poſsint reprobari,non obſtante quod receperint inſignia doctoratus.Bar.

1 Additio. Adde† ꝙ ſemel reprobatus nõ põt poſtea iterũ doctorari,ſecundũ Bal.in l.ij.in fi.per illum tex. ☞ C.de lib.& eorũ lib. Alex. ☞ No.cõtra doctores legẽtes ad pompã,& cõtra doctores indoctos:& iõ dicit gl.in c.cũ beatiſſimus.xxiiij.q.j.ꝙ monet ſcholares audire optimũ magiſtrũ. Et adde ad hoc gl.in l.nulli.de decu.q̃ dicit ꝙ in doctus non põt facere aliũ doctorẽ.& Bal.ibi exclamat cõtra doctores indoctos.& adde tex.in l.j.& ibi Bart.de ſtudijs libe. artiũ.facit Bal.ĩ c.j.in prin.quo tpe miles.vbi dicit ꝙ in docti incũbunt cathedrã,nõ iſidẽt.& Cy.ĩ l.min⁹.& ibi Ang.de acq.poſ.C. Bal.ĩ l.j.q & aduer.quos.vbi dicit ĩ defecto deleg.bon.lo.triſto.ſede abãcha.facit c.multi ſacerdotes.xlj.diſ.ĩ ver.q male ſedẽt. Ang.ĩ l.j.§.initiũ,verſi.pueritiã.ff.de poſt. vbi dicit ꝙ indocti

indocti debēt dici legū dolores.& Ang.in l.eūquē temere.de iudi.vbi dicit Bar.in l.j.de ann.ciui.ꝙ q neſcit legere dato ꝙ habeat ſcholares nō debet habere ſalariū.vbi gl.dicit ꝙ ſcholaris doct⁹ ꝑferēdus eſt doctori ignorāti.gl.ī cle.ij.in ver.honore.de magiſtris.ꝙ aſſumēs gradū doctoratus indignè peccat mortaliter.ad ꝙ c.ſi laic⁹.xxxviij.di.plus d.Frā. Tigr. de Piſis in l.ſemp.§.fin.dixit ꝙ indoctus pōt expelli de collegio illius artis.& d.Domini.In c.q̄ de epis.xxxviij.di.vbi dicit ꝙ carens libris opportunis non meretur doctor dici. Alex.

NEc intra. Non ſufficit eſſe de collegio medicorū, niſi ſpecialiter immunitas ſit conceſſa. Barto.

SVMMARIVM.

1 Doctores legū habēt immunitatē ēt à patrimonialibus. Collecta non poteſt imponi doctoribus.
2 Doctores nō pñt capi perſonaliter nec aliquo modo vexari.

1 MEdicos †No.hāc l.ꝙ doc.legum & aliarum ſciarū hñt immunitatē ēt à muneribus patri-
2 moniorū:& ſic nō pōt de iure eis imponi collecta [a].
3 Itē no.†ꝙ nō pñt capi ꝑſonalr̄ vel duci ad curiā, vel aliq̄ mō
b vexari:[b] & ſic familia nō d₃ ipſos doctores ſcrutari de armis.

Additio. Ad hoc facit ꝙ no. Bal.ī l.j.in fi.q bo.ce. poſ. & Imo.in l.miles.ff.de re iudi.& vide Bar. & doct. in l.ſi libertus.cū l.ſeq.ff.de in ius voc. Alex. Et idem medici donec ſunt in exercitio, vt l.j.§.e.dixit eñ habere dignitatem. Adde gl.in l.lege Iul.la.iij.in l.oratores.ad l.iul.de vi publi. Et hāc l.intellige in illis q legerūt in publicis & conſuetis ſtudijs.ſec⁹ ſi ī priuatis locis ciuitatis:qa nō hñt doctorū priuilegiū, vt in auth.habita.C.ne fil.ꝓ pa.ꝑ Ang.poſt gl.ī ꝓœmio Digeſtorū. Ale. ¶ Vī tñ ꝙ hęc l.nō vēdicet ſibi locū, niſi in doctoribus actu legētib⁹ nō in alijs. Et no.gl. quę eſt nota.

SVMMARIVM.

1 Doctores debēt pręcellere alios in moribus & ſcientia.
2 Doctores debent eſſe approbati.
3 Requiſita in approbatione doctorum.

MAgiſtros. Nō debet qs admitti ad docēdum, niſi prius fuerit approbatus & examinatus in moribus & ſcīa, & alia habuerit quę requiruntur in
1 in actu doctorandi.h.d.¶† No.ꝙ doctores præcellere debēt alios in moribus & ſcīa:& iō ꝑpter defectū morum & ſcien-
2 tiarū pñt licitè reprobari.¶† Scđo no.ꝙ doctor debet eē approbat⁹. Sed aduerte:qa ad hāc approbationē reqrit̄ ꝑntatio & iuramentū doctorū l.nemini.§.de aduo.diuer.iu. Scđo examinatio & approbatio doctorū vt hic, q doctores de iure cōi debent eſſe ſeptē, vt l.ſi qs.j.eo.ſed in hac ciuitate Peruſij ex priuilegio ſummi pōtificis ſufficiūt quatuor. Itē requirit̄ licētia ſeu decretū ſuperioris, vt hic, cū dicit decretū curialiū mereretur. vt extra de magi.c.j.& ij.in cle.Bar.

Additio. Et no.ꝙ licet reqrat̄ ꝙ examinatus repertus fuerit peritus, vt hic, & l.nemini.C. de aduo. diuer. iu.tñ fallit ſi ſit parū doctus cū ſpes ſit ꝙ poſsit ꝓficere: quia
c poterit doctorari [c]. Ita dicit no.Inn.ī c.cū in cūctis. circa prin. de elec.& ſequit̄ Lu.in §.de viro.l.ſi verò.in iiij.char .ff. ſolu. ma. Ale. Scholares nō debēt actu legere & magiſtri.Bar. in l.j.de præpo.agēti.in reb.iſtā alle.d.Abb.in l.ij.de magiſt. ꝙ epſ cū capitulo pōt doctoratū cōferre.& idē Hoſt. in ſumma de magiſtris.§.pe.in prin.& vide Matheſil.in l.oēs populi.& Bar.in l.gñaliter.de in ius voc.& no.gl.in cle.ij.in gloſſ. magna vltra mediū.& idē firmat do. Abb.in c.eſt verū .de foro cōpe.& hoc de iure cōi.adde d. Abb.in c.cū apoſtolicæ.in iiij.no.de his quę fiūt à pręla.licet de cōſuetudine nō ſeruetur. Et ibi dicit, debēt eſſe ſeptē. Tenuit etiā Bal.ī l.ſi qs alleg. & do.Abb.in c.ꝓpoſuiſti.de ꝓb.cōtrariū vī tenuiſſe Bar.ī l.fin. C.de ꝓfeſ.vrbis Conſtanti.vbi dicit ꝙ requirunt̄ nouē. Sed pōt dici ꝙ ibi ſpāle.& vide d.Ab.vbi ꝓxi.& Adde ꝙ debet ꝑntari ꝑ ſuū magiſtrū, vt ī l.j.C.de off.magi.offō.debet magiſter morigera.alſ reprobari pōt.c.j.in princ.ibi, ꝓbatæ artis. ff.de vē.inſpi.& in c.oīs ętas.xij.q.j.ꝓbatiſsimè mori.& in c. fraternitatis.de frig.& malefi.in c.glia epi.xij.q.ij. dū Crates ille Theban⁹ &c.& no.gl.in c.cū literis.de in inte.reſti. Ale.
3 ¶† Et no.hāc l.ex qua vides oīa quæ requirūt̄ ad hoc vt quis poſsit doctorari:requirit̄ etiā ꝙ dent̄ ei inſignia, & qđ eſt hoc hodie expreſſum extra de mag.in c.ij. Bar.

Additio. Itē ſi qs notoriè eſt pit⁹. vt ē gl.xlvij.di.c. de Petro.& xxiij.di.c.q epōs.& Io.an. c. conſtitutus. de of. Archi.xxiiij.di.c.ſi qs presbyter.bene facit xxiiij. di.c. nullus ordinet.& c.ad apoſtolicā.de reg.& vide Ant.in c.propoſuiſti.de prob. Alex.

SVMMARIVM.

1 Gerens ſe pro doctore cum non ſit, tenetur pœna falſi.
2 Doctores debent habere virtutem fortitudinis.

REddatur. Qui ſe gerit ꝓ doctore cum non fuerit examinatus nō excuſatur à muneribus. ſecus ſi fuerit approbatus.h.d.¶ No. ꝙ dixi in ſummario.& licet de eo loquat̄ q aſſumit habitū doctoratus philoſophiæ:tñ de iure idē vī ī q̄libet alia ſcīa:ar.§.eo.l.medicos.
1 imò†pl⁹ q gerit ſe ꝓ doctore [d], cū nō ſit tenet̄ de crimine fal-
d ſi.vt ff.ad l.Cor.de fal.l.eos.ī fi. Facit qđ no.Bar. in l.j.de digni.ī xj.co.in ver.ſequit̄ in diffinitiōe illicita. Quid ſi poſt ꝙ portauit inſignia, & habitū doctoratus, poſtea efficitur doctor, an noua īſignia eadē debeat habere? Dic ſufficere ꝙ portet ſolita j.q.j.qdā.ver.ſi fortè.ſcđm lec.gl.vlti.vbi vide Ale. & Ro.in litera i.in nu.lxxx.& Bal.in l.j.C.de ſuffr. Alex. Itē
2 †no.ꝙ doctores debēt habere virtutē fortitudinis, & vim fortunæ patienter ſufferre.quod no.

SVMMARIVM.

1 Medici nō debēt recipere ab infirmis promiſsionē:& ſi recipiunt caſſantur.
2 Aduocati nō debent recipere promiſsionem à clientulo lite durante.

ARchiatri. Medici q ſalariū cōſequūtur ex publico, ita paruis:ſicut magnis ſeruire tenentur, ſed ſalariū ab īfirmis nō dñt recipere niſi
1 cum ſanati fuerint.h.d.¶† No. ꝙ medici non dñt recipere ab infirmis ꝓmiſsionē, vt hic:& ſi receperūt caſſant̄.
2 ff.de va.& extraor.cog.l.medicos. Et ſic†aduocati non debēt recipere promiſsionē à clītulo lite durāte. vt l.quiſquis.§. de
e poſtu.licitè tñ accipit̄ ꝙ eis offert̄ [e]. Habentes ſalarium de publico recipientes à ſeruatis puniunt̄ pœna quadrupli, vt in c.militare.ad fi.xxiij.q.j.Ro in lit.p.no.xciij. Alex.

SVMMARIVM.

1 Septem doctores requiruntur in approbatione alicuius doctoris.

SI quis. Nō debet in locū magiſtri defuncti alius ſubrogari, niſi fuerit approbatus.& licet ſubrogetur in numerum, non ſubrogatur in gradum.h. d.
1 ¶† No.ꝙ ſeptē doctores debēt aliquē approbare.de quo dixi §.e.l.magiſtros.

GRāmaticos. Magiſtri ſcientiarum qui fuerunt palatini, habent perpetuam immunitatē ab omnibus muneribus, ipſi & eorum filij, & coniuges. Bar.

*De athletis* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Bonus ille præſumitur qui ter ſe bene habuit in aliquo exercitio.
2 Scholaris ter examinatur anteq̄ doctoretur.

LEX Vnica.

ATHletis. Qui tribus ꝑlijs fuerit coronatus quorū vnū Romæ fuerit, excuſat̄
1 à mūerib⁹.h.d.¶† Ad euidētiā ꝑmitte ꝙ cōſuetudo erat.& adhuc eſt ꝙ qñ fiūt torneamēta, haſtiludia & ſilia ꝙ ei q ſe meli⁹ hēbat iponebat̄ ſignū victorię aliqđ ſup caput. dicit gl. hic. Si qs fuerit ter coronat⁹ iuſtè nō ꝑce, debet hr̄e īmunitatē.
2 vide lr̄am.¶† Ex qua no.ꝙ q ter bñ ſe habuerit ī aliquo exercitio, bon⁹ ꝑſumit̄.qđ facit ad multa.& ex hoc inuēta ē cōſuetudo ꝙ ſcholares ter examinent̄. Priò à ſuo doctore ꝑntāte. Secūdò ī priuato examie. Tertiò ī publico examie. Facit qđ dixi §.ti.j.l.magiſtros. Hoc fortè nō ꝓcederet ī ſcholari perito.q doctorari debet ſine examine, vt dicit d. Ab.in c. ī cōſtitutis el.ij.de ap.facit c.de petro.xlvij.di.& xxiiij.diſ.c. nullus. & iō dicit ibi Vgoli.ꝙ nō examinat̄ q de curia Romana accipit̄, cū tales ſint notorij. Facit etiā c.ad apoſtolicam.de reg.& Ro.qa fruſtra fit demōſtratio rei certę demōſtratę l.j.ff.de do. præle.qđ tñ intellige, niſi eſſet data forma ꝙ in doctorādo requireret̄ examē, qa forma eſſet ſeruāda c.cū dilecti.de reſc. Faciunt no.per Ang.& Ro. in l.hac conſultiſsima.C.q teſta.fa. poſ.glo.in l.j.ff.de li.& poſth.cum ſi. Alex.

*De his qui non impletis ſtipendijs ſacramento ſoluti ſunt* *Rubrica.*

LEX I.

IGnominiæ. Infamia remouet quē ab honoribus, non à muneribus & grauamine.h.d.

SVMMARIVM.

1 Plenum dicitur quod naturaliter eſt plenum non id quod impletur iuris diſpoſitione.

a ¶Collecta. Adde Fran.de Alber.in ſuo cōſ. inci.ī Dei nomine amē. punctus talis eſt magiſter Cechinus &c.

b ¶Vexari. Adde ꝙ nec torq̄ri, vt ꝑ cy.in l.milites. C. de q̄o.niſi pri⁹ degradet̄, vt eſt tex. in l.fi.§.de male.& Mathe.ibi:dignitate exutus. adde ꝙ not. in apo. ad iſtū in l.j.nu. ij. in ver.non pōt.j.de decur.lib.xij.vbi pono cōſuetudinē ī cōtrariū nō valere ꝑ tex.fin.ī l. oēs iudices. vbi dixi ī apo.ad iſtum §.de dec.iſto li.

c ¶Doctorari. Et adde ꝙ acumē igenij multū opat̄, ꝓut dicit d. Fel.in ru. de ma.poſt princ. in verſi.qd autem. alſ.Inn.ad hoc fin. in d.c.cū in cūctis. de elect.alle. ī tex. & Imo.in cle.j. de æta. & quali. & vin.j c. illiteratos. xxxvj.di.dicētē facere gl.in c.monachus.lxxvij.diſ. in ver.diuortio.& in c.tū ex lr̄is. ī verſi. inſtructus.de re.in inte.q̄ dicūt ꝙ prudētia honeſtas & ingeniū ſupplent ætatem. qđ no.ex quo facit ad multa prout ibi vide Fe.

d ¶Qui gerit ſe pro doc.cū nō ſit. Adde Bal. ī l. qui ſub pretextu. nu.v. & qđ ibi poſui ī apo. verſic.clericū.§. de ſa.ſan.ec.dixi poſt la Rebu.ī l.grammaticos.in ver.infamis efficit̄. de ꝓfeſ.q in vr. Cōſtā. libr.xij. dixi poſt Pañ. in c.j.nu.j. in ver.pœna fal.poſt Barb.extra de clemi.non or.& not. Fel.in ca. tertio loco.in princi. extra de proba.

e ¶Offertur. Adde Bal.in aut.ad hęc. pe.coll .C.de viu. vide tñ Arc.j. q.j. nō eſt.& xiiij.q.v. non ſanc.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

a ¶Rubricas. Adde Fel i rub. de accu. circa pri. ver. vtrũ aũt. cũ ſeq. Tu vide ad hoc Bal. ĩ ru. §. an ſer. ex ſuo fa. do. Iaſonem May. poſt Are. Alex. et Scrib. ĩ l. j. ff. ſi cer. pet. et ipm Inſt. de act. in rub. co. j. c. j. nu. j. & ꝙ ibi poſui ĩ addi. ad ipm. in ver. ſunt aũt tales. extra, vt li. nõ conte. poſt Pañ. in ꝓœ. rex pacificus. nu. ij. in ver. rubri. poſt Philip. Fran. in ꝓœ. §. ſanè. nu. vij. in ver. in decretis. lib. vj. & nota. Felin. c. j. col. xx. ver. quę ſunt rubricę. & c. ex pte. col. xviij. ver. quę ſunt in decretis. extra de reſcri. lib. vj. Panor. cõſi. xvj. vol. ij. & Ro. cõſi. ciiij.

b ¶A dignitarib⁹. adde Lu. in fi. ver. infamia. verſ. q̃ro nunqd. Vñ dicit̃ infamẽ ſuſtinere ĩ dignitate pœñ eſt, in Spe. ĩ ti. de diſp. §. iuxta. ver. infamis enim. & adde Pau. de ca. in cõſi. cxcvj.

c ¶Tacentis. Adde Fel. in c. nõne. de p̃ſum. in j. col. ĩ ver. in glo. ſi cum plu. ver. ſe.

d ¶Per epſam. Tu dic verũ ſi filius eſt maior xxx. an. al's reqrit̃ qͩ pñs conſentiat. Ita ſin. dicit Bal. in authen. cãm q̃. in vl. colũ. ver. extra q̃rit hic Pe. C. de epiſco. & cle. & adde Lud. põ. in ſin. ver. conſenſus. ver. gl. ord.

LEX II.

Cum ob prouectę. Miſſus cauſariè ante finẽ militiæ conſequitur immunitatem à muneribus: non tamen habet priuilegia veteranorum. hoc dicit. De quo priuilegio habemus rubricã. ff. de priuil. vete. & hęc lex habet locum in militibus templi. Bar.

1 Additio. In tex. ibi pleno. † Not. ꝙ nõ dicit̃ eſſe plenum, niſi id, ꝙ naturaliter plenũ eſt: nõ autẽ id quod impletur per diſpoſitionem iuris. l. fina. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Ang.

LEX III.

Veteranis. Duob⁹ modis legit̃ hęc lex. Primo ſic dicit: Priuilegia veteranorum conſequitur qui viginti annis militauerit in legione, vel vexillatione. ſecus ſi in cohorte. ¶Ad euidentiam præmitte ꝙ eſt differentia inter alam, cohortẽ, & legionẽ. l. ij. §. exercitum. & ibi not. §. de his q no. infa. hoc premiſsio caſus eſt clarus. Sed hæc lectura non placet: qa nõ põt militari in legiõe, qn militetur in cohorte: cũ legio in ſe cohortẽ cõtineat. Vñ pone caſum ſecũdũ aliã le. ſcd̃m quã h. d. Qui xx. annis militauerit ĩ legiõe, vl' vexillatu, ille priuilegia veteranorũ cõſeqt̃. & ideo q in cohorte militauerit. nõ hʒ neceſſe hoc à principe ipetrare. Bart.

*Quibus muneribus excuſantur ij, qui poſt impletam militiam uel aduocationem per prouincias ſuis commodis uacãtes commorãtur: & de priuilegijs eorum, & de conductoribus uectigalium fiſci. Rubr.*

SVMMARIVM.

1 ☞Rubrica ſtatuti cõcedẽs aliquod priuilegiũ, licet nigrum nõ dicat, priuilegiũ debetur. Et dicitur rubrica eſſe de textu.
2 Promittens ſcribere librum, tenetur ſcribere rubricas.

Additio. In rubrica de primis partibus rubricę nigrũ non tractat ſed tantummodo de conductoribus vecti
1 galium. & ſic de vltima parte. † & ſic facit ad q. coniuncto nigro, quòd ſi in ſtatutis reperiatur aliqua rubrica concedens aliquod priuilegiũ, preſuppoſito ꝙ nigrũ non faciat aliquã mẽtionẽ de eo in tex. tñ virtus rubricæ eſt tãta ꝙ illud priuilegiũ cõſequat̃ ille cui cõceſſum eſt. ¶Pro hoc facit gl. q̃ in ꝓœ-
2 mio ſexti. vbi gl. dicit rubricas eſſe de tex. & ideo † q ꝓmiſit
a tex. ſcribere: tenetur etiã ſcribere rubricas.[a] ¶Adde quę dixi in auth. de inceſt. nup. vbi de hoc Ange.

SVMMARIVM.

1 ☞Conducens vectigal publicum, habet immunitatem.
2 Dictio haud, cum aſpiratione ponitur pro non.

LEX vnica.

Non alios Principales cõductores non cõductores conductorum vectigali. habent immunitatẽ. h. d. ¶† Not. ꝙ hi qui
1 conducũt vectigal publicũ habẽt immunitatẽ. Itẽ ꝙ hæc dictio haud. ponit̃ ꝓ nõ, vt hic.
2 Sed † tũc debet eſſe cũ aſpiratiõe: de q̃ tãgit̃ ꝑ gl. ff. de ſo. l. j. ſup ver. cõtrouerſia. & in corpore de non alien. §. ſi verò in perpetuum. ver. iiſdem pœnis. Barto.

*De libertinis. Rubrica.*

LEX I.

Conditio Libertini non habẽt excuſationem à munerib⁹. h. d. Sed opponitur ſuprà. ſi ſeruus vel liber ad decur. aſpi. l. j. Sol. Ad honores & dignitates nõ poſſunt vocari: vt ibi. ſed ad munera, & ad alia grauamina bñ poſſunt voca.

*De infamibus. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Nobilis cõdemnatus de falſo, q ex forma ſtatuti ꝑdit nobilitatem, remanet nobilis quantum ad maioritatẽ pœnarũ.

LEX vnica.

Infames. Perſonæ infames remouẽtur à digni-
b tatibus,[b] non à muneribus realibus,
1 vel perſonalibus. h. d. ¶† Et per hãc legem dico ꝙ licet quis fuerit condemnatus de falſo, propter ꝙ deſinit eẽ nobilis ex aliqua lege vel ſtatuto: tñ adhuc remanet nobilis q̃tũ ad maioritatẽ pœnarũ, & ad ea, in qbus nobiles magis grauãtur ꝙ plebeij. de quo dixi in l. j. j. de digni.

☞Bar. ☞Vide Bar. in l. j. antepe. col. j. de digni. Et idẽ dicebat Ro. in l. ſi quis in graui. §. de his. ff. ad Syl. ꝙ vbicunq; aliquis magnus nobilis efficit̃ ex forma ſtatuti popularis, prout eſt Florentiæ, ꝙ dicitur amittere nobilitatẽ quo ad cõmoda, nõ quo ad incõmoda. & ideo ſi delictũ cõmitteret, puniretur vt nobilis. ꝙ ſequitur Are. in ſuis maleficijs. ver. in caſum Sempronij. in vlti. col. Alex.

*De reis poſtulatis. Rubrica.*

LEX vnica.

Reos criminis. Pendente proceſſu criminali non poteſt quis ad honores vocari. h. d. Facit ff. de mu. & ho. l. reus delatus. ☞Limita tñ hãc l. vt per Hoſt. & Ioã. an. in c. meminimus. de accu. per tex. in c. omnipotens. eo. ti. & facit pro determinatione q. Bald. in rub. de condi. ob turp. cau. & vide Ro. in litera o. not. xxj. Alexan.

*De his qui in exilium dati, uel ordine moti ſunt. Ru.*

¶Super rubrica dic vt plenè examinaui ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. & etiam in gl. Bar.

SVMMARIVM.

1 ☞Confinati non poſſunt eligi ad honores.
2 Doctores cõfinati & reuocati nõ habẽt priuilegia collegij.

LEX I.

1 Quibus. † No. hãc legẽ. ex qua no. ꝙ cõfinati nõ pñt eligi ad honores durante tempore confirmationis: & hãc l. vidi exami
2 nari de facto qñ † quidã doctores fuerunt cõfinati Bononiæ reuocati per do. Hoſti. legatũ. qui fuerũt in matricula doctorũ de collegio: an poſsint eſſe de collegio, & priuilegiũ collegij habeant vel conſequi poſsint. Dic ꝙ nõ, vt hac l. ☞Confinati frãgentes confinia, an pœna mortis ſint digni? Dic ꝙ nõ, vt per gloſſ. & Bal. inſr. qb. mo. ius pa. po. ſol. §. ſerui autẽ. & qua pœna puniantur, vide in §. quiſquis. in l. aut facta. de pœ. Alex.

*De filijs famil. & quemadmodum pater pro eis teneatur. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Cõſentire dr̃ pr̃ in caſu hui⁹ legis eoipſo ꝙ nõ diſſentit.
2 Conſentire qñ quis dicatur ex ſola præſentia.
3 Pater cõſentire põt filio per epiſtolã, & cõſentiendo obligatur inſolidum: non conſentiendo obligatur de peculio.
4 Pater qui adoptat illũ qui factus eſt decurio, dr̃ ei cõſentire.
5 Pater ratione conſenſus quando obligetur pro filio reipublicæ & priuatis.

LEX I.

Patrem. Qui conſentit decurionatui filij emancipati non obligatur. ſecus ſi ille filius erat in poteſtate: & ille videtur conſentire qui non diſſentit. h. d.

1 Additio. † Nota ex hac lege ꝙ conſenſus in hoc articulo
2 inducitur eoipſo ꝙ quis non contradicit † interdũ non dicit̃ cõſentire, niſi expreſsè cõſentiat præſuп poſito ꝙ actui ſit pñs, & ſe ſubſcribat tanq̃ teſtis l. Caius. de pig. act. & ibi no. & de re. alie. nõ alie. l. diſtrahẽre. & hoc vbicũq; act⁹ qui cõtrahit̃ exerceri põt me inuito: tũc ſi ſum præſens. nõ videor cõſentire, vt not. in l. Caius. itẽ videt̃ quis cõſentire vbi-
c cunq; actus q gerit̃ rẽdit in fauorẽ tacẽtis.[c] l. ij. §. voluntatem ſolu. mat. & plenè per Dy. in c. qui tacet. de regu. iur. in vj. ſed vbi tendit in odiũ, nõ intelligit̃ cõſentire, vt d. l. fallit fauore
3 reipu. vt hic, & ff. de decurio. l. honores. §. fina. poterit † etiam
d pater cõſentire filio per epiſtolã[d], vt d. l. honores. ¶Item conſentiẽdo obligat̃ inſolidũ. l. ſi filiusfa. de admi. re. ad ciui. pti. nõ cõſentiendo obligat̃ de peculio, de quo vidimus in l. j. §. de
4 decu. ff. ad muni. l. ij. † Dicit̃ aũt pater filio conſentire, cũ adoptauerit eũ q erat factus decurio l. Lucius. §. idẽ rñdit. ad mu-
5 nici. Illud † tñ ſcias ꝙ licet pater obliget̃ pro filio rõne cõſenſus: eſt verũ reipub. non aũt priuatis perſonis: ſi eas in officio dãnificaſſet l. ij. ad muni. idẽ tñ eſt etiã in priuatis, ſi recepit à filio literas, & nõ cõtradixit, ſed literis receptis nihil dixit: nã tunc videt̃ approbare cõtractum l. ſi filiusfa la j. ff. ad Maced. in cle. j. de procu. vbi eſt hodie caſus in ſimili. ſed in filio eſt caſus in d. l. ſi filius. Item ſi filius eſt inhabilis ad officium, pater non tenetur pro eo. ff. de mu. & ho. l. ij. & l. Lucius. §. idem reſpondit. ad muni. Ang.

Cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

LEX II.

CVm appellaſſe. Appellare à nominatione facta de filio eſt cõſentire. h.d. & no. glo. huius legis quæ eſt ſuper verb. oſtende.

LEX III.

SI hi qui. Filius in poteſtate cum patre ad idem munus vocari non debet, ſecus ſi ſit emancipatus. Bartolus.

SIne periculo. Pater non tenetur pro filio curatore creato, ſed qui eum nominauit, tenetur. h.d. Bar.

*De periculo ſucceſſorum parentis.* Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Filius qui incœpit ſtudere patre viuente, an eo defuncto debeat ſtudere de bonis communibus.

LEX Vnica.

SI de proprio. Onus dignitatis quæſitæ filio per patrem tranſit ad
1 hæredem. h.d. ¶ † Hæc lex facit ad q. ſi filius
incipit ſtudere de voluntate p̃ris, an mortuo
patre debeat perficere ſtudium communibus
expenſis. De hac q̃one vide p doc. & Bal.
in auth. ex teſtõ. & in l. ſi emancipati. C. de colla. p Dy. in l. j.
§. ſed an id. ff. de colla. bo. De ſecũda q̃one vide Bal. vbi proxi. & Bar. & Bal. in l. pe. ff. ſo. ma. aliqd in l. filiæ. fa. her. Alex.
Itẽ an expẽſæ doctorat⁹ debeãt fieri de cõi. Itẽ ſi fili⁹ deſpõſauit vxorẽ viuẽte patre, an expẽſę nuptiarũ debeãt fieri de cõi?
Facit ff. de mu. & ho. l. ſi filium. §. idẽ ſcripſit. De quo dixi plenè ff. de col. bo. l. j. §. nec caſtrẽſe. Hic non ſunt alia.

*De mulieribus & in quo loco &c.* Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Mulier nupta Romæ non põt compelli ad munera in ciuitate originis.
2 Mulier vocatur ad honores & munera perſonalia.
3 Mulier ſubit onera patrimonialia in loco patrimonij.
4 Mulier ſortitur forum viri.
Quid in ſponſa & vidua.
5 Mulier ex perſona viri, an dicatur ciuis vel comitatenſis.
6 Munus propriè dicitur qđ neceſſariò ſubimus lege, vel mero imperio eius qui habet poteſtatem.
7 Munera perſonalia quæ ſint.
8 Honores qui prohibeantur habere.
9 Honor cum adminiſtratione minoribus concedi non põt. ſed ſine ſic. & nu. 18.
10 Honor cũ adminiſtratione mulierib⁹ nõ cõpetit, ſed ſine ſic.
Et quando cum adminiſtratione.
11 Munera habentia dignitatem annexam, quæ dicantur.
12 Honores habentes annexam dignitatem non poſſunt indici niſi ciuibus & incolis.
13 Immunitas à muneribus cõceſſa nõ porrigitur ad munera habentia dignitatem annexam.
14 Dignitas annexa officio q̃ nõ remaneat eo finito ſi officium eſt temporale.
15 Munera ſordida dicuntur habere annexam vilitatem.
Vile eſt quòd vile reputatur.
16 Munera ſordida quibus indicantur.
17 Munera quę nõ habent honorẽ neq; dignitatem, quę ſint, & quibus indicantur.
19 Mulieres quorum munerum ſint capaces.
20 Cogi an quis poſsit ad duplex officium. remiſsiuè.
21 Pecunia an poſsit ſe redimere ille cui iniungitur aliquod officium. remiſsiuè.
22 Mun⁹ patrimoniale propriè dicit̃ vbi vertit̃ ſumptus: & eſt triplex.
23 A munere patrimoniali qui excuſentur.
Præſtatio per capita imponitur p ſalarijs rectorum ciuitatis.
24 Collectam quis imponere poſsit.
ligo tā de hoc ipetrāte,q̄ de iudice ſuſcipiēte.qd tene menti.

*De frumento urbis Conſtantinopolitanæ. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Cariſtia q creſcit ex mala adminiſtratione frumenti.
2 Priores habentes arbitrium ſuper abundantia,poſſunt ordi-
nare in ciuitate quantum frumentum poſsit vendi qualibet
die & quolibet menſe.

LEX I.

NVlli nec. Quòd debet dari in pane, nō
debet ſolui in frumēto. Item
ex inordinata adminiſtratione creſcit ca-
riſtia.h.d.Ad euidētiā pmitte q Cōſtāti-
n9 ſtatuit certā q̄titatē frumēti dādā comi
tib9 horreorū,q illā q̄titatē deberēt dare
piſtorib9:& piſtores ex illa redderēt panē
coctū,& neceſſariū domui Principis,& quorūdā aliorū offi-
cialiū publicorū:q q̄titas fuit aucta p Theodoſiū.hoc pmiſ-
ſo venio ad caſum.¶Quæro vtrū domui Principis vel alteri
domui publicę,cui debet dari panis coctus,poſsit dari frumē
a tū[a].Rñdet Imperator,& dicit q nō:imò hoc ꝓhibet.ſed pręci
pit dare panē coctū,& ſic diſtribui canonē pręcipit Cōſtanti
nus ſeruari canonē actū è Theodoſio.Huius rō eſt:qa ſi datur
frumentū,pōt cōuerti in aliū vſum q̄ in panē,& ſic diſperge-
retur,& cariſtia efficeret:qa Reſpublica cogeret emere frumē
tū.quod ſi moderatè adminiſtraſſet,venderet.h.d.In tex.ibi:
nulli.ſ.domui aliquorū officialiū.ibi:domib9 vel noſtris pu-
1 blicis.†Nota ex mala adminiſtratione frumenti creſcit cari-
2 ſtia.Ex hoc habes q Priores,q habēt†arbitriū ſup abūdātia,
poſſunt huius noīe ponere ordinē qualiter & quo ordine in
ciuitate & quantū frumentum poſsit vēdi[b] quolibet die vel
quolibet menſe.Facit ff.de offi.præfe.vrb.l.j.§.cura carnis.

a ¶Poſsit dari frumentū. Ade Anto. Cor. ſing. ſuis in ver.frumētum. quod icipit, illud quod debet ſolui in pane.vbi alleg. dictū Bart.hic: & hunc tex.

b ¶Vēdi. Adde d. Iaſ.Mayn in l j.in ij.col.ſ.de lega.cū cōcor. ibidē p eū ſignatis.& Barto. in l.negotiatores. per illū text.C. de epiſ.au. & Flo. in l ſi pendentes.§.ſi qd cloacarū.ff.de vſufr.

c ¶Tranſmittat ad hæredes. Adde Imol. in l. diuortio ff.ſo.ma. gloſ. & doc.in c.pſenti. extra de offi.ord. lib.vj.& i c.ſtatutum.§.aſſeſſorem. de reſcrip.eo. lib. Arch.i c.cōſuetudinē.i fi.de cle.nō reſi.eo.lib. Car.in cle.gratię. nu.xij. & ibi no.i apo.ad ipſum i ver.quod clerici præciſe.de reſcrip. in Cle. & dixi poſt Panor. in c.reprehenſibilis nu. viij.in ver. teſtari. extra, de appel.

SVMMARIVM.

1 ☞Pecunia decreta pro habenda abundātia nō poteſt minui
nec in aliam cauſam conuerti.
2 Pecunia ordinata pro habenda abundantia, poteſt piſtorib9
mutuari.
3 Lucrum aſſumit naturam capitalis.

LEX II.

AVt ſi ſtatuta. Quantitas ſtatuta ad emptionē fru-
menti,nō poteſt minui,nec ad alios
vſus conuerti:& quod de ea fit, debet in publicū li-
brum ſcribi:cōtrafaciētes puniuntur in duplū, & lucrū aſſu-
1 mit naturam ſortis.h.d.¶†Nota primò q ſi in aliqua ciuita-
te eſt ſtatuta certa quantitas pecuniæ pro habenda abundan-
tia,q officialibus publicis non cōpetit arbitrium minuendi
illam vel conuertendi in aliam cauſam,vt hic dicit in text.&
hic titulus nō ſolū habet locū in ciuitate Romana,ſed in qua-
2 libet ciuitate, vt hic no.in rub.¶†Secundò nota q licet non
poſsit in aliū vſum cōuerti:tamē poteſt piſtoribus mutuari.
¶Ad hoc opponit ſ.de his qui ad pub.horrea.l.j.& ij.Solu.
Non licet mutuare extraneæ perſonę:ſed ſi mutuat, & tēdit
ad expeditionē negotij,propter qd erat ordinata pecunia po
teſt fieri,vt hic.mutuat em̄ piſtoribus,q fortè aliter ſe nō po-
terāt præparare ad decoquendū panē,& ad alia neceſſaria fa-
cienda.Et ſic videtur caſus ꝓ conſeruatoribus monetę huius
ciuitatis,qui habēt pecuniā deputatā ꝓ ſtipendio:vt poſsint
ex cauſa militibus mutuare pecuniā,vt ſe armis,& equis ſu-
ſcitent.Facit l.ad rē.& l.ad legatum.ff.de ꝓcur.Vltimò nota
3 q lucrū ſibi aſſumit naturā illā quā habet capitale.qd facit ad
multa:& maximè ſi inter plures ſocios erat cōtracta ſocietas
ad certū tēpus,q ſicut nō debet minui capitale miſſum in ſo-
cietate:ita nec de lucro.qd tñ mitto ſub dubio fortè.

*De annonis ciuilibus. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Vniuerſitas ſtudij non poteſt aliquid immutare in præiu
dicium conceſsionum factarum à communi doctoribus.
2 Salariū debitum officiali qñ & quod debeat eius hæredibus.
3 Clericus decedens poſt fructus perceptos,illos tranſmittit ad
ſuos hæredes.

LEX I.

ANnonas. Annonæ ciuiles non dantur ꝓ
titulis in dignitate,ſed pro meri
tis.h.d.Primò in tex.ibi:titulus.i.non dātur
ſalaria pro titulo dignitatis,vt puta quia do
ctor:ſed pro meritis,vt quia bene legit,& be
ne ſatisfacit illi officio,ad quod impoſit9 eſt.
Sequitur verſ.ideoq;,qui duobus modis legitur. Primo mo-
do pone q doctores q neſciunt legere habeant ſcholares:cer-
tè propter hoc non debent habere ſalarium. Secundo modo
legitur,cū ſalarium ſit deputatum authoritate Principis,nō
1 poterit illud mutari in nouū ſtatum,vel reuocari.† Et ſic no-
ta per vniuerſitatem ſtudij Peruſini nō poteſt aliqd ſtatui in
pręiudiciū pactorū & cōceſsionū factarū à cōmuni doctorib9.
quod tene mēti licet de facto te ſcholarē tædeat.Sequit ver.vt
2 quicunq;.†Salaria debita tranſmittuntur ad hæredes.Poſſet
etiam iſtud alijs cōcedi, quouis alienationis titulo.h.d.Iſtud
intelligit gl.verū in ſalarijs tēporis pteriti.¶Sed an decedens
pro futuro tēpore debeat habere ſalarium,ſi officiū nō com-
3 pleuit,dixi plene in l.j.§.diuus.ff.de var.& extraor.cog.† Itē
gl.inducit ad argumētum, ſi clericus decedat poſt perceptos
c fructus præbendæ, q illos tranſmittat ad hæredes[c] ſuos.de
quo extra de offi.ord.in c.fi.& ibi glo.lib.vj. dixi plenè in l.
☞diuortio.ff ſolu.mat.☞Adde tex.in c.relatum.de teſta. vbi
vult q tranſeat ad ſucceſſores.& hæc eſt cōis opinio do.i cle-
rico bñficiato habente adminiſtrationē:in clerico verò ſimpli
ci eſt maius dubiū,ſecundū doct.ibi,Bal.& Sal.in auth.licen
tiā.C.de epi.& clerici.& doct.i l.cōmodis.ff de re iud.Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞Ciues poſiti ſuper eleemoſynis,non debēt illas extraneis
pauperibus dare.
2 Epiſcopus,qui debet bona inter pauperes diſpenſare,non de
bet illa dare pauperibus extraneis.

LEX II.

CEntum. Legit duobus modis.Primò de frumēto
inter milites.Secundò de diſtribuēdo in-
ter pauperes.& hoc magis placet, per l.priuilegia.ſ.
1 de ſac.ſan.eccle.& eſt clara hæc lect.† No.q dicit,ciuibus no
ſtris.argu.q officiales poſiti ſuper faciendis eleemoſynis pu-
blicis non debent hoc dare extraneis pauperibus.Sed poteſt
intelligi quod hic dicit,ciuibus noſtris,etiam de omnibus q
ſunt ſub Imperio Romano.Bar.

Additio. Per Ioan.And.de inſtru.edi.§.nunc verò aliqua.
ver.ſed an pauperes.Facit quod no.Bar.in l.quę
2 conditio.§.præterea.de cond.& demonſt. Alex. ¶Facit † q
epiſcopus, q debet diſpēſare bona inter pauperes,non debet
dare extraneis pauperibus.ſ.de epi.& cle.l.nulli.

Additio. Adde ad hoc tex.in authē.de eccle.ti.§.ſi autē.
alś in §.ſi quis autem pro redēptione.& glo.ſin
☞gularis in §.pater.Inſti.de teſt.quæ hoc tenet.Alex.☞Bal.
adde in l.ciuitatibus.de leg.j.Alex.

De men

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*De mendicantibus ualidis.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Bona, quæ debent inter pauperes mendicantes diſtribui, non poſſunt diſtribui inter mendicantes robuſtos.
2 Pauperes verecundi, qui non publicè, ſed à quibuſdam clàm quærunt, non incidunt in hanc legem.
3 Mendicitas quando dicatur certa, & quando incerta.
4 Pauper mendicans, qui oſtẽdit membrum aliquod debilitatum, inſpici debet.
5 Sanitas vel infirmitas ex inſpectione corporis deprehẽditur.
6 Senectus probatur ex aſpectu, ſicut minoritas.
7 Pater poteſt filio non laboranti, quando ſine verecundia laborare poteſt alimenta denegare.
8 Fictè mendicans punitur ciuiliter: & pœna parti applicatur.

LEX vnica.

CVnctis. Qui ſine neceſsitate publicè mendicant, poſſunt inſpici: & qui eos inſpexerit, & prodiderit, & eſſe probauerit, dñium eorum conſequitur, ſi ſunt ſerui, vel ius colonatus, ſi ſunt liberi, ſalua dñis actione ſerui corrupti. h. d. ¶In tex. ibi: proditor. i. teſtator. opp. ꝙ ſeruus debeat reddi dño, liber operi publico, vt in auth. de quæſtore. per totum. col. vj. Dicit gl. ꝙ quidam dicunt ꝙ hic corrigitur. Alij dicunt ꝙ ibi de his, qui in ſacra vrbe reperiuntur: hic de his, qui reperiuntur in alijs vrbibus. Dicũt, ibi de his qui mẽdicãt, & nihil aliud fingũt: hic de his qui mẽdicant, & fingunt infirmitatem, apponẽdo herbã, vel aliud, propter quod infirmi videantur. Tu dic ꝙ ibi loquitur de his, qui reperiuntur mendicare indebitè, ab officiali publico. hic de his qui deferuntur & conuincuntur à priuato.

1 Additio. †Hic eſt argu. ꝙ ſi teſtator inter pauperes men-
dicantes iuſsit diſtribui bona ſua, ꝙ illa bona nõ
poſſunt diſtribui inter mendicantes robuſtos: quoniam non
videtur teſtator de eis ſenſiſſe: ſed ſolum de languidis & debi
libus. Pro hoc videtur dictum gl. quoniam corrigi debet in-
iuſtè petens, non autem dari. v. q. v. non omnis lxxxij. diſtin.
c. j. & in hoc glo. rubricæ. cum dare eleemoſynam iniuſtè pe-
2 tenti, non fit Deo acceptum. Ange. ¶†Quæro dicitur hic ꝙ
in publicum quæſitum, & c. Quid eſt dictum? Dic vt gloſ. Ex
qua habes ꝙ pauperes verecundi qui publicè non quærunt,
ſed à quibuſdam ſingularibus amicis, & clàm, non incidũt in
hanc cõſtitucionem. Item intelligo publicè, & palã ſine defe
3 ctu, ſecundũ formam l. palã. ff. de ritu nuptiarũ. ¶†Quæro,
hic dicit, incerta mendicitas. quid ſit hoc dictũ? Glo. hic dicit:
quia ignoratur egeat vel ne. Pro cuius euidentia debetis ſcire
ꝙ mendicitas quandoque eſt certa ex qualitate religionis, vt
quia eſt de aliquo ordine mendicantium ab eccleſia approba
to: alſ non: vt in c. religionum diuerſitates. extra de religio.
domi. lib. vj. Quãdoque eſt certa reſpectu cauſæ pro qua quę
ritur: vt ſunt iſti hoſpitalarij ſancti Spiritus, & ſimiles, qui va
dunt per mundum: iſti non admittuntur ſine literis diœceſa-
ni epiſcopi. de pœnitent. & remiſ. c. ij. in cle. Quandoq; quis
quærit pro ſeipſo: tunc mendicitas dicitur certa vicinis & no
ta ex vulgi opinione: vt l. vbi. & ibi notatur s. de iure dotiũ.
Sed ſi vulgi opinio ſuper hoc non eſt, tunc debet explorari.
4 ita loquit̃ iſta lex. ¶†Quæro, dicitur hic, inſpectis. à quo de-
bent inſpici? Reſpondeo, vel ab officiali publico, vt in authẽ.
de quæſtore. vel à priuata perſona, vt hic. qui talem vult in iu
dicio prodere. Ex quo nota ꝙ pauperem mendicantem, qui
in aliquo oſtendit membrorum debilitationem, poteſt qs in-
5 ſpicere, & tãgere, & illud videre an hoc ſit verũ. Et etiã † nota
ex hoc ꝙ ex inſpectione corporis poteſt comprehendi ſani-
tas & ĩfirmitas, ſicut ætas. Simile in quacunq; re ſuſpecta. Nã
poteſt perpendi an ſit vitioſa vel non: vt. s. de canone frumẽ.
vrbis Romæ. l. j. Rectè ergo teſtis qui deponit de ſanitate ali-
6 cuius: dicit ſic eſſe, quia vidit. ¶†Nota ꝙ ſicut minor ętas po
teſt ꝓbari ex aſpectu: vt l. minor vigintiquinq; annis ex aſpe
a ctu. ff. de minoribus. Ita ſimiliter ſenectus [a], vt hic. Itẽ hæc lex
7 facit ad quæſtionem, † vtrum filio robuſto & ſano nihil ope
ranti pater poſsit denegare alimẽta. Hic videtur ꝙ ſic: & etiã
l. ſi quis à liberis §. ſi vel parẽs. ff. de liberis agnoſcen. quod in
tellige ſi ſecundũ conditionem natalium operari non eſſet ſi-
bi verecundum. quis enim diceret ꝙ filio vnius hominis nobi
lis diuitis imponeretur neceſsitas laborandi terram? Certè
nullus. Nam non poſſumus, quod honeſte non poſſumus: vt
ff. de condi. inſtitu. l. ſi filius. & l. nepos Proculo. ff. de verbo.
ſignifi. ¶Non obſtat hæc lex: quia maior verecundia eſt pu-
blicè mendicare, quàm laborare. & ideo robuſtus corpore, q
publicè quærit, ſine diſtinctione natalium cogitur laborare,
poſtquam in tantam miſeriam eſt deductus. Non enim eſt ſi-
bi turpe: ſed ſi alio modo poſſet viuere percipiendo alimenta
à patre, non cogeretur laborare: vt s. dixi. Et his apparet ra-
tio quare iſta lex non habeat locum in his, qui clàm mendi-
8 cant. ¶†Vltimò nota ꝙ tales, qui fingunt cauſas mendici-
tatis, puniuntur ciuiliter: quæ pœna parti applicatur. & ſic
delinquit: & per conſequens puniri debet extra ordinem à
rectore ciuitatis.

*De nautis Tyberinis.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Teſtis qui dicit, vidi Titium habere equum vel nauem, an probet dominium.

LEX vnica.

QVi nauem. Quæro quid ſi nauis inueniatur extra alueũ fluminis. Reſpondeo, idem eſt. principium enim loquitur generaliter: licet in illatione aliqualiter ſe reſtringat ¶Quæro, quæ fuit ratio condẽdi hanc legẽ: nonne ſufficiebat titulus de naui. non excuſandis? Reſpon. qa in vrbe Romana erãt multę perſonæ priuilegiatæ quæ prætẽdebant immunitatẽ: ideo placuit principi de hoc principalem legẽ cõdere, vt magis timeatur. argumẽto l. iſ apud Labeonẽ. §. hoc edictũ. ff. de iniurijs.
1 ¶†Nota hic tex. qui dicit viſus, ꝙ ſi teſtis dicat, vidi Titium
equum vel nauem habere, quod non eſt priuatiuum: cũ hoc
videri poſsit. Contrarium videbatur: quia dominiũ non po-
teſt videri. ideo ſi teſtis dicat, vidi Titium dominum eſſe, non
probaret: cũ dominium non cadat in ſenſu: vt no. Innoc in c.
cũ cauſam. de teſti. Vel dic ꝙ hoc non refertur ad dominium:
ſed ad detentionem, & quandoque ad ſolam detentionem re-
☞fertur. Bart. ☞Adde ꝙ dictum teſtis ſemper debet reddi ad
ſenſum cõgruum: licet incongruè ipſe dicat. vide Bal. in rub.
C. ſi ex fal. inſtru. Barto. in l. j. de pericu. nomina. Ang. in l. j.
de præſcrip. xxx. annorum. & in l. j. §. j. de his quæ in teſt. de-
len. & Bar. in l. j. §. hoc autem. de oper. no. nun. Alex.

*De frumento Alexandrino.* *Rubrica.*

LEX I.

IN æſtimatione. Primò cõfirmat ſalariũ qđ pręfectus Orientis ſtatuerat quibuſdã officialibus poſitis ad cõgregandũ frumẽtũ ad ciuitatẽ Alexãdrinã, & ad tuendã ſubſtãtiã nauiculariorũ, quę erat obnoxia Reipublicæ: vt s. de præd. na. per totũ. Secũdò ꝓhibet ad aliud officiũ vocari decuriones: ſed illos officiales præcipit eligi prouiſione præfecti. Secunda incipit ibi: atque. ¶In tex. ibi: in æſtimatione. id eſt ſecundũ æſtimationem ſeu quantitatem. cohibetur, id eſt adiuuatur. munere, id eſt ſalario ei ſtatuto ſecundũ quantitatem frumenti quod coadunabatur, vt in princ. dixi. ¶Nota pro ſtatutis quæ dicũt ſalariũ alicui officiali ſtatui ſecundũ quantitatem eorum quæ venire fecerunt in communi. Ex ſecunda parte nota arg. pro ſtatutis quæ prohibent nobiles aduocari, & ſimiles à quibuſdam officijs publicis. Barto.

SVMMARIVM.

1 ☞Menſuræ debent ſignari ſignis publicis.
2 Effectus ꝙ caſſetur nomine caſſato.

LEX II.

DIurnos. Primò addit certam quantitatẽ frumẽti pro quolibet die pro alimentis Alexandrinæ ciuitatis. Secũdò reuocat nomen cuiuſdam officij. Tertiò dicit habendas eſſe quaſdã mẽſuras quæ vocant̃ teſſeræ, & eas iubet ſignari, & ſuo noie nũcupari. h. d. Secũda incipit ibi: & periſcho. Tertia ibi: & teſſeræ. In tex. ibi: alimonijs. i. vt de publico vendat̃ quolibet die
in ciuitate volentibus emere pro ſuis alimonijs. Vel dic vt de
publico detur pauperibus illius ciuitatis: vt s. ti. ij. l. ſi. In tex.
1 ibi: deſignetur. i. ſignum publicum eis imprimatur. † Et ſic
nota pro eo qđ fit quotidie in ciuitatibus, vbi mẽſuræ ſignis
2 publicis cõſignãtur. ¶†Nota ꝙ caſſato noie caſſat̃ effectus.
& ideo ſi per ſtatutũ caſſant̃ nomina officialiũ guerræ, incon
tinenti intelligũtur ipſi officiales caſſati. qđ not. Barto.

a ¶Senect[a]. Adde Ang. in authẽ. de quæſtore. circa ſi. col. vj.

*De Alexandriæ primatibus.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Quòd ſit melius, eſſe ciuẽ mediocrem vnius nobilis & honorabilis ciuitatis, q̃ maiorẽ ciuẽ vnius mediocris ciuitatis.
2 Popularis vnius nobilis ciuitatis plus debet honorari, q̃ magni ciues mediocris ciuitatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

LEX vnica.

Corporatos. *Tria dicit. Primò decurionibus Alexãdrinis cõ
cedit imunitatẽ purgãdi fluminis Nili. Se
cundò ꝓ illo munere cõcedit poſſe aſſumi
de munere veſtigali ꝑtinẽti ad imperium
certã quãtitatẽ. Tertiò iubet ꝙ illud, qđ in
de minuiᵣ ex vectigali nauiũ repleaᵣ. Scđa
incipit ibi: & ꝓ tenore. Tertia ibi: vt ex tit. In tex. ibi: p̃conio
dare ꝓ purgãdo Nilo. ¶ Quęrit gl. q dicunᵣ corꝑati⁹ ciuitatis.
Dic vt ĩ ea. & qdã exponũt. i. decuriones, vt patet ex rubrica,
q̃ dicit primatib⁹. Alij dicũt de quolibet ciue, q oẽs ſunt pri-
mates. ſ. aliarũ ciuitatum. Primam expoſitionem tenet Dyn.
1 ¶ † Ex ſecunda nota ꝙ melius eſt quem eſſe mediocrẽ vnius
nobilis ciuitatis & honorabilis, q̃ eſſe maiorẽ ciuẽ vnius me-
2 diocris ciuitatis. † Et ſic facit ꝓ popularib⁹ iſti⁹ nobilis ciui-
tatis, quib⁹ debeant honorari, q̃ alij magni alterius ciuitatis.

Additio. Et nota bene & ſequiᵣ Lud. in l. ſi vero. §. de viro. ſolu. ma. in xj. fallen. primæ partis, licet glo. in l. j. j. de colo. palæ. dicat ꝙ nat⁹ in terra, in qua Chriſtus eſt natus, expreſsè nõ gaudeat priuilegio potiori. Alex. ¶ Quæro quid profuit huic ciuitati, ſi princeps promiſit ꝙ de nouo vectigal tollaᵣ, ſi de alio debet reddi? Reſpondeo, multũ: quia illud vectigal erat magnum, & ſemper ibi reperiebatur pecunia: vnde poſſet aſſumi tempore debito: ſed aliud erat vectigal paruum. Conſequitur ergo Reſpub. quoddã mutuũ reddendum de pecunia habita ex alio vectigali. facit ff. de verb. obli. l. ſi pœnã. & de leg. j. l. ſi ſeruus legatus. §. fi. Bald.

## *De iure Reipublicæ. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Reſpublica quomodo accipiatur.

¶ Quærit gloſ. rubri. de qua Republica loquatur hic. Reſpõ-
1 deo de Repub. aliarũ ciuitatum q̃ ciuitatis Romæ. ¶ † Quæ-
ro etiam quomodo accipiatur Reſpub. Gloſ. ponit in corpore de hæredibus & fal. in princ. dixi ſ. de iure fiſ. ſuper rubrica circa fi. Glo. dicit ꝙ ſunt quędam ciuitates in Lombardia, quæ habent merum & miſtum imperium ex cõſtitutione Federici, de pace Conſtan. de qua in corpore authen. de defen. ciui. §. iuſiurandum. in fi. magnæ gloſſæ.

SVMMARIVM.

1 ☞ Sententia data contra ciuitatem quando teneat, & ſit contra Rempublicam.

2 Citare Rempublicam quãdo quis vult, an ſufficiat citare ſyndicum. Contumacia ſyndici non nocet Reipublicæ.

3 Ciuitas vel Reſpublica qualiter citetur.

Dominus citatur in prima citatione.

4 Qui vult agere contra ciuitatem, poteſt petere vt ciuitas cõſtituat ſyndicum.

5 Iudicium agitatũ contra ciuitatem quę requiſita eſt vt defenſorem conſtitueret: ſi non conſtituat, tenet.

LEX I.

Si quid aduerſus. Oppo. ff. quod cuiuſ
que vniuer. l. j. §. qui-
1 bus. & l. ciuitates. † Huius timore glo. diſtin
guit tres caſus. Quandoq; contra ciuitatem
indefenſam peruenitur ad diffinitiam: & tũc
eſt ipſo iure nulla, vt hic. ſicut in minore: vt
l. cũ & minores. ſ. ſi aduer. rem iud. Quandoq; peruenitur ad
interlocutoriã: & tunc valet, vt in contrario. Aduertendum
tamen eſt: quia j. eo. l. Rempublicam. dicitur ꝙ æquiparaᵣ pu
pillo. Differt tñ in hoc: quia licet cõtra pupillũ non perueniatur ad ſcđm decretũ, vt l. apud Iulia. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. tamen contra ciuitatem poterit interponi: ideo qa pupillus ſperatur fieri maior, ſed ciuitas nunq̃. ar. l. iiij. §. fi. de tute. & ra. diſt. de quo per gloſ. in l. j §. quibus. ff. quod cuiuſq; vni.
no. Qñq; reſpublica plenè defenditur: & tunc valet ſentẽtia,
a ſed reſtituitur[a] ſi eſt læſa: vt j. eo. l. Rempublicã. & de officio
2 eius qui vicẽ alterius gerit. l. j. ¶ † Sed extra gl. quæro qñ qs
b vult citare Rempublicã, an ſufficiat citare ſyndicũ[b]. Videtur
ꝙ ſic: vt l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clã. cõtrariũ not. & bene, in l. nõ poteſt dolo carere. ff. de reg. iur. quod intellige verum, ſi ſyndicus citatus nõ comparuerit. eius enim contumacia nõ nocet Reipublicæ, vt ibi dicitur. ſed ſi cõparuerit & litigauerit, valet ſententia: vt. ſ. dictum eſt. & ff. quod cuiuſq;
3 vni. no per totum illum ti. ¶ † Quærit ergo qualiter citabiᵣ
ciuitas, vel Reſpublica. Reſpon. citando eos, qui regunt ciuitatẽ, vt ff. de cõdi. & demõ. l. municipibus. & no. plenè extra de cõceſ. p̃bẽ c. fi. lib. vj. Et p̃dicta intelligo vera in prima citatione veniendi ad cãm. poſtquã verò ab initio ciuitas miſit ſyndicũ, vr velle per illũ, non per ſe, in iudicio litigare: vt. l. j. §. vſus. ff. de ꝓcu. ideo ipſa nõ eſt ampli⁹ citãda, ſed ipſe ſyndicus. Pro quo facit extra de dolo & cõtu. c. cãm quæ. & ibi no.
☞ per gl. quæ incipit, no. ꝙ citandus, &c. ☞ Adde quæ habẽtur in l. eum qui ædes. C. de procura. & Ang. in auth. de exhiben. reis. in §. j. in. j. col. Alex. Nam dicit ꝙ debet citari dñs in prima citatione, nõ procurator: vt ff. ſi qs ius di. non obtẽ. l. j.
☞ §. ſi ꝓcurator. ☞ Bart. in l. nõ põt qs dolo carere. ff. de regu. iur. gl. in c. bonæ memoriæ. de elec. Et qđ in collegio & vniuerſitate. dicit Bal. in c. j. de mili. vaſal. vbi diciᵣ, ſufficere citare maiorẽ de vniuerſitate. & idem Arch. xliiij. diſt. c. comeſ-
4 ſationes. Ro. in litera e. no. xxxviij. Alexan. ¶ † Nota ꝙ ſicut
quando agitur contra pupillum, poteſt petere creditor vt cõſtituatur tutor: vt l. iij. §. j. ff. qui pe. tu. ita quando agitur contra ciuitatem, poteſt petere actor vt conſtituatur ſyndicus: vt hic: & imputabitur actori ſi non petierit. quod nota.

Additio. Adde l. iiij. §. ſi ſub conditione. ver. creditorib⁹. de fideicommiſ. li. & per Ia. de Are. & Bar. Ale.

¶ Sed quid ſi petitum eſt vt ciuitas conſtitueret defenſorem, & non cõſtitutus eſt? Rñdeo, ꝙ tenet iudiciũ. Et eſt ratio: qa niſi hoc diceremus, eſſet in poteſtate ciuitatis an deberet: quia nunquam conſtitueret ſyndicum vel procuratorem: quod eſſet abſurdum, vt ſit in poteſtate debitoris an debeat: vt l. j. ff.
5 de eo quod cer. loc. & probatur hic à cõtrario ſenſu. † & ideo
ſi agens contra ciuitatem petijt defenſorem ſibi conſtitui, & non fuit conſtitutus: non curet, ſed agat & faciat ferri ſententiam, & valebit. Sed ſi dicas, quare nõ eſt idem in minore: ſed eſt neceſſe ꝙ conſtituatur defenſor? Dic quia eo inuito poteſt defenſor conſtitui. l. qui habet. ff. de tute. ſed non ciuitate inui
☞ ta. quod eſt valde not. Barto. ☞ Vide Iaco. de Are. & Bal. in l. ergo. §. creditoribus. de fideicommiſ. liber. vbi dicitur ꝙ vniuerſitas poteſt cogi vt conſtituat procuratorem. & Bart. in l. ſolent. de ali. & ci. leg. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ciuitas an habeat tacitam hypothecã.

LEX II.

An Reſpublica. Reſpublica non habet tacitã hypothecam, niſi ex ſpeciali priuilegio vel pacto. h. d. ¶ Opp. ff. de priuile. cre. l. in bonis. §. reſpublica. Sol. gloſ. duobus modis. Primò ibi loquitur in priuilegio circa perſonalem actionem. Secundò ibi loquiᵣ in Repub. Romanorum: hic alterius ciuitatis. Iſta eſt vera, & probatur ff. ad muni. l. fi.

Additio. Adde gloſ. & Barto. in l. ij. C. in quib. cau. pig. ta. contraha. & latè per gloſ. & Barto. in l. ij. ſ. de priui. fiſ. Alexand.

1 Additio. † Nota ꝙ licet fiſcus habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, vt in toto tit. de priui. fiſ. & de con. fi. debi. l. ij. cũ ſi. tñ ciuitas nunq̃ habet priuilegiũ in perſonali alijs creditoribus chirographarij exiſtentibus: vt in d. l. in bonis. fallit in ciuitate Roma, vt hic. Ang.

SVMMARIVM.

1 ☞ Reſpublica habetur loco pupilli non adulti.

2 Hæc lex habet locum in qualibet ciuitate.

3 Reſpublica reſtituitur vſq; ad quadriennium.

4 Reſpublica in quibus non habeatur loco pupilli.

1 Rempublicam. † Nota ꝙ Reſpublica habetur
loco pupilli, non adulti.
2 ¶ † Quærit gloſ. de qua Repub. loquiᵣ. Et dicit gl.
c ꝙ de qualibet ciuitate[c], qđ mihi placet: licet Pe. cõ
tra vt recitat Cy. in l. j. C. ex qui. cau. ma. Rõ: qa edictũ prętoris ſubuenit omnibus q propter ætatem vel aliam cãm legitimã ſe tueri nõ poſſunt: ſed neceſſe eſt ꝙ regan̄ per alios. lex eñ ſubuenit abſentibus, furioſis, & ſimi. vt ff. de mi. l. j. & ex q. cau. ma. l. j. & ideo poniᵣ ibi illa clauſula gñalis, ſi qua mihi iuſta cã &c. Facit l. Marcellus. ff. de fideiuſ. ſed Reſpublica re-
3 giᵣ ꝑ alios, &c. ¶ † Quærit gl. vſque ad qđ tẽps reſtituaᵣ. Reſp.
& videᵣ tenere ꝙ vſque ad quatuor annos. Non eñ in ea põt expectari tẽpus maioris ætatis: qđ eſt hodie expreſſum extra
4 de in integ. reſt. c. j. lib. xj. ¶ † No. ꝙ in quibuſdã Reſpublica
nõ hr̃ loco pupilli. primò in manumiſſione ſeruorũ, q nõ pñt manumitti à minore xx. annis. ſed à Repu. ſic. ſ. de ſer. Reipu. ꝑ totũ. & ff. de ſer. ad ci. perti. l. j. Item etiã quo ad ſecundũ decretum, vt dixi in l. j. ſ. eo. Itẽ quo ad venditionẽ immobiliũ poteſt etiã ciuitas vendere ſi debitum nõ ſubſit: vt j. tit. ij. l. fi.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dominium rei meæ an per ſtatutũ ex cauſa tolli poſsit.

Si ſecundum. Quod ciuitas facit per ſua ſtatuta non reuocaᵣ per pręſidẽ. h. d. Duobus modis legitur. Primò qđ dicaᵣ ſcđm le. i. per priuilegiũ, & nõ eſt dubiũ. ☞ Hoc verò dicit

a ¶ Reſtituitur. Adde Bu. in c. j. de reſti. in inte. & Specu. de legato. §. vj. ver. x. ad fi.

b ¶ An ſufficiat citare ſyndicũ. Adde iſtum in l. municipibus. de condi. & demon. & in l. fin. ff. qđ cuiuſq; vni. Bal. in authẽ. ſed cùm teſtator. col. j. ad fi. ſ. ad le. fal. & i c. j. col. vij. verſi. an vniuerſitas. in titu. de mil. vaſal. q contu. eſt. in vſi. feu.

c ¶ Ciuitate. Adde Bald. in l. ij. C. ad Treb. & in l. q̃q̃. in fi. C. de ſen. q ſine cer. quãti. prof.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cit Bar. in ſtatuto gñali. ſecus ſi fieret ſtatutũ contra aliquos
ſpecialiter. allẽ. l. nemo. C. de iudi. & doc. in l. ij. de epiſ. vide &
Bar. in prooemio Digeſtorum, circa ij. col. & in l. fi. ſi contra
ius vel vtili. pub. Alex. Secũdò vt dicamus, ſecũdũ legem, id
1 eſt, ſecundũ conſuetudinẽ vel ſtatutũ. & iſta eſt bona. ¶ † Ex
qua not. ꝙ ꝑ ſtatutũ põt ex cã auferri alicui dñium rei ſuæ: vt
l. vẽditor. §. ſi conſtat. ff. cõia prædio. Dixi in repetitiõe l. oẽs
populi. facit qa ab eo quod cõtinet̃ i ſtatuto non põt appella
ri. dixi in d. l. oẽs populi & ff. de appel. re. l. fi. dixi in l. ſi qua.
☞ ff. de ver. ſig. & tãgit gl. ff. de origine. iur. l. ij. §. deinde. ☞ Vi
de per Bal. in l. qſqs. C. quorũ ap. nõ recipi. & in l. iudicibus.
de ap. & in l. j. §. ſimiliq; modo. C. de latin. liber. tollẽ. Ang.
in l. ij. quod qſq; iuris. ꝑ Canoniſtas in c. cũ oẽs. de cõſti. Ale.

*De adminiſtratione rerum publicarum. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Priores ciuitatum poſſunt eligere officiales, qui regant ci-
uitatem, & eius negotia exerceant.

1 ¶ Nota ex fin. gloſſæ rubricæ † ꝙ priores, per quos ciuitas re-
gitur, poſſunt eligere officiales, qui ciuitatem regant. & ne-
gotia Reipublicæ adminiſtrent. Facit l. ij. ff. ad munici. Tetigi
in l. obſeruare. §. de decu.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ciuitas non poteſt auferre gabellam emptori fructuum
eius, ſi pretium tempore ſtatuto ſoluit.

LEX I.

FVndum. Conductor expelli non debet à
conductione, donec vectigal ſol
1 uit. h. d. ¶ † Not. iſtã legem poſtquam ciuitas
vendidit fructus alicuius gabellæ, non poteſt
auferre ſi emptor ſoluit pretium tempore ſta-
tuto. Pro quo caſus in l. quod ſemel. ff. de de-
cre. ab or. fa. Facit l. Cæſar. ff. de publicanis.

LEX II.

COntra. Si officialis eſt negligens in exigendo cau
tionem de legato vel fideicommiſſo præ-
ſtando, tenetur ad intereſſe. hoc dicit.

*De uendendis rebus ciuitatis. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Emptor emens à ciuitate, quòd debet probare pretiũ ver-
ſum in vtilitatem eius.
Et quid in emptore rerum fiſci.

LEX I.

SI ſine. Venditio pura & perfecta non debet à Re-
pu. reuocari, licet per alium maius pretium
offeratur. h. d. In tex. ibi: propriam legem, id eſt pro-
prium priuilegium vel ſtatutum: vt ff. ad muni. l. libertus. §.
fi. ¶ Quærit gl. quæ ſunt iſta tempora adiectionibus inſtitu-
ta. Dic vt dixi in l. j. & l. ſi tẽpora. & l. facultas. ſ. de fide inſtr.
1 & iu. ha. fiſ. ¶ † Nota hic gl. ꝙ fiſcus habet hoc plus quam ci-
uitas: quia emptor à ciuitate grauatur plus quàm ille, qui e-
mit à fiſco. Debet enim emptor ciuitatis probare pecuniã in
vtilitatem ciuitatis eſſe cõuerſam: ſed in emptore fiſci ſufficit
ſola confeſsio, vt in gl. Idem tene j. eod. l. fi. in fi. Primũ quod
dicit ꝙ emptor ciuitatis habet probare pecuniam conuerſam
in vtilitatem ciuitatis, nõ videtur verum. Nam auth. hoc ius
porrectũ. loquitur in creditore in quo eſt ſpeciale, vt ibi per
doct. & Cy. C. ſi aduerſ. cre. l. j. ff. ſi cer. pe. l. ciuitas. & per Inn.
extra, de depo. c. j. Item ſecundum qđ dicit ꝙ ſufficit cõfeſsio,
vr̃ contra l. ſi procurator. §. j. quod ibi no. ff. de iure fiſ. & no.
ꝑ doc. in l. inciuile. ſ. de rei vẽ. Dic ergo ꝙ gloſ. intelligit con-
feſsionẽ, i. apochã, in qua cõtinebatur eſſe ſolutũ, vt ſ. de apo.
pub. l. j. quaſi dicat, hoc ſufficit: nec eſt neceſſe ꝙ probetur eſ-
ſe verſum in vtilitatem fiſci. hoc tene menti. Bar.

LEX II.

QVamuis. Locatio perfecta non reuocatur: licet a-
lius maiorẽ penſionẽ offerat h. d. ¶ Quę
ro vtrum quando fit locatio rerum ciuitatis debeat
præcedere ſubhaſtatio. Dic vt in gloſſ. quod not. bene. Barto.
☞ ☞ Adde ꝙ ſi facta locatione ego offero tantum quantũ no-
uus conductor: an ſim præferendus? Dic ꝙ ſic. Text. eſt in l.
pe. & ibi Bar. de locat. fund. ciuilium, aliàs fiſcalium. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Annui reditus & mobilia ciuitatis, q̃ ſeruari poſſunt, alie
nantur eadem ſolennitate qua & immobilia.
2 Immobilia ciuitatis non recognoſcentis ſuperiorem, alienari
poſſunt cum authoritate eius concilij.
3 Obligari qñ quis dicat̃ virtute iuramenti præſtiti de p̃terito.
4 Ciuitas alienando rem immobilem an poſsit renuntiare ſo-
lennitati huius legis & quomodo.
5 Nomina ſingulorum conſtituentium ſyndicũ an debeant ſin
gulariter nominari in conſtitutione.

LEX III.

SI quæ hæreditatis. Immobilia ciuitatis,
& mobilia quæ ſer-
uando ſeruari nõ poſſunt, pro vtilitatibus ciui-
tatis permittũtur alienari authoritate Principis
in vtraq; Roma: in alijs vrbibus authoritate pre
ſidis, & cõſenſu cuiuslibet poſſeſſoris. hoc dicit. ¶ Primò præ
mittit alienationẽ. Secundò ponit modum alienãdi in vtraq;
Roma. Tertiò ponit modũ alienandi in prouincijs. Secunda
1 ibi: i defenſa. Tertia ibi: in prouincijs. Ex prima parte no. † ꝙ
res immobiles ciuitatis, & etiam annui reditus, & etiam bona
mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, debent alienari
eadẽ ſolẽnitate. & quod dico de mobilibus, collige ex eo qđ
dicitur mancipia. facit l. lex quæ tutores. de admi. tu. Et ſic a-
lia quæ ſeruãdo ſeruari nõ põt, alienari p̃nt ſine decreto ad ſi-
militudinẽ tutorũ, vt d. l. lex q̃ tutores. Quærit glo. ſi ciuitas
2 egerit vt qs iuret de calũnia. dic vt in ea. ¶ † Nota ex ſecunda
parte ꝙ in vtraq; Roma requiritur authoritas imperialis in
vẽditione. Et per hoc dico ꝙ in ciuitatibus q̃ in temporalibus
non recognoſcũt ſuperiorẽ, vt eſt ciuitas Peruſina, & ſic po-
pulus eſt liber: vt no. in l. hoſtes. ff. de capt. ꝙ venditio rerum
immobilium poſsit fieri authoritate eius concilij, apud quod
eſt omnis poteſtas. Illud enim vicem Imperatoris gerit in ci-
uitate illa. ¶ Nota circa tertiam partem ꝙ illa ſolẽnitas habet
locũ tñ in ciuitatibus, quæ ſunt ſub aliquo præſide, nõ in ci-
☞ uitatibus liberis, vt ſ. dixi. ☞ Adde Bar. i l. prohibere. §. pla
ne. quod vi aut clã. & in l. ibi, ne quid in loco publico. vbi di-
cit ꝙ in ciuitatib⁹ recognoſcẽtibus ſupiorẽ eſt cõciliũ ꝙ ciui-
tas facit ſtatutũ ꝙ res ciuitatis poſsint vẽdi: quo caſu poterit
vendi ſine licentia Principis. Sed contra hoc facit C. de rebus
ſine decre. alien. vbi minor alienando, teſtãdo, in quo dicitur
legem facere ſibi, non poteſt ſine decreto id facere, vt ibi Bal.
Alex. ¶ Quærit gloſ. vtrum quilibet teneatur iurare, & ſcri-
pturas tangere. Dicit gloſſ. ꝙ nõ: ſufficit enim ꝙ ſacroſanctæ
ſcripturæ ſint propoſitæ, vt ad memoriã reducatur iuramen-
3 tum quod ab initio præſtant, fideliter conſulere. ¶ † Ex iſta
glo. nota ꝙ quis obligatur ſi promittat, vel dicat aliquid ſub
virtute iuramenti præſtiti de præterito. cõtra hoc videt̃ tex.
extra de iureiur. c. pe. Sed dico qñq; iuramentum præſtitũ cõ
prehendebat illud, de quo nunc agitur: & tunc loquitur iſta
gloſſ. ſed qñ iuramentum præſtitum interpoſitum fuit ſuper
alio: & tunc non valeret tale dictum, promitto, vel dico ſub
☞ virtute præſtiti iuramẽti, vt d. c. pe. ☞ Adde ꝙ iſta diſtictio
facit pro illa q. qua quærit̃ an officialis iurans ſeruare ſtatuta
porrigat̃ illud iuramẽtum ad futura ſtatuta de qua per Bart.
in l. ſi ſtipulatus eſſem. §. j. ff. de ver. ob. & Bal. in l. ſi ſeruitus.
de ſeruitu. vrba. prædio. vbi indiſtinctè tenuit ꝙ extendatur
ad futura. Sed diſtinctio Bart. melior, per quam ſaluabuntur
multa contraria. Alex. ¶ Quærit gl. hic, quid ſi hæc ſolenni-
tas fuit obſeruata: vtrum habebit locum adiectio, de qua lo-
quitur ſ. l. j. Et reſpõdeo ꝙ nõ, per illud quod dicitur in tex.
ſtabiles. ¶ Quærit gl. qd ſi ſolennitas non fuit obſeruata. Dic
4 vt in gl. ¶ † Itẽ quæro an ciuitas poſsit ſolennitati huius le-
gis renuntiare. Puto ꝙ non. Nam ſ. proximè dixit, non aliter
fieri: & hic dicitur. Sed legibus prohibentibus renunciari nõ
poteſt, vt not. per glo. in l. j. & ij. ſ. ne fideiuſ. dotium dentur.
¶ Item legibus dantibus ſolennitatem non poteſt renuntia-
ri. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. veruntamen ſi eſſet talis ciuitas,
quæ haberet ius condendi ſtatuta, ſecundùm ea quæ dixi in
l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. tũc faciendo primò legem cir-
ca formam & modum alienandi, vel circa ipſam alienationẽ:
valeret enim alienatio ſeruata forma legis municipalis, licet
diſcreparet ab iſta. Caſ⁹ eſt in l. prohibere. §. planè ff. quod vi
5 aut clam ¶ † Vltimò Spec. inducit ad q. iſtã, ꝙ in inſtrumen-
to ſyndicatus debeant ſingulariter inſeri omnia nomina con
a ſtituentium ſyndicum, [a] vt ibi: ſigillatim vnumquẽq;, &c. vt a ¶ Omnia nomina conſtituentiũ ſyndicũ. Adde iſtum in l. omnibus, & quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum in ver. qualiter cõſtituatur ſyndic⁹, ff. ad Tertul.
no. in Spec. in titu. de ſyndico. §. j. ver. item opponitur ꝙ no-
mina, &c. De quo dixi plenè in l. j. ff. de albo ſcribendo. facit
☞ extra de procu. c. fina. ☞ An nomina antianorum debeant
inſeri in inſtrumento ſyndicatus fiẽdi ſiue facti, vide per Ho-
ſtien. de ſyndico. in §. qualiter, in ſumma. qui tenet ꝙ ſic, niſi
eſſent nimis. Vide etiam Spec. de ſyndico, in §. porro. & Bal.
in l. j. de magiſtra. cõueni. & Io. An. in addi. i d. ver. porro. cũ
quo trãſit Abb. in c. vnico, de ſyndico. De quo vide per doc.
in c. quanto. de his quæ fiunt à præla. & fallit in cauſis parui
præiudicij, vbi nomina non ſint omnium inſerenda, ſed vtro
q; caſu ſecus eſſet, ſi notarius atteſtaret̃ ꝙ affuiſſent duæ par-
tes, ſecũdm Ange. in l. nulli. ff. qđ cuiuſq; vniuerſitatis no. in ij.
col. alleg. Io. An. in add. in ti. de ſyndico, i verſi. quid ſi aliqđ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in aliquo inſtrumento, &c.in additioni.inci. Barto.in decre-
tali vltima de procur. Vide ſcript. per mod.poſt Bart.in l.j.
de albo ſcriben.& Bald.in d.l.nulli. Alexan.

*De debitoribus ciuitatum.* Rubrica.

LEX I.

NOn prius. Debitores ciuitatum non poſſunt in
eis habere honorem, niſi prius debita
ſoluant.h.d.Barto.

SVMMARIVM.

1 ☞Ciuitas, quibus caſibus habeat hypothecam tacitam, vel
expreſſam.
2 Contra debitores ciuitatis qua actione agatur.
3 Caſus in quibus poſſeſſor conuenitur pro rata.
4 Vendere rem ſuam ꝙ quis cogatur pro vtilitate Reipublicę,
Statutum poteſt facere ꝙ quis conuicino habenti magnam
poſſeſsionem vendat rem ſuam.
5 Emens à fiſco rem debitoris vendentis vt ſuam, quando poſ-
ſit conueniri.
6 Poſſeſſores prædiorum ruſticorum dicuntur magis idonei quàm
poſſeſſores vrbanorum.

LEX II.

APud quos. Prima pars eſt clara. nota ꝙ in debi-
tis annuis & menſtruis differre ſolu-
tionem eſt nociuũ debitori: quia quãtitates minutæ
ſimul coadunatę faciunt vnam magnã quãtitatẽ, cuius diffi-
cilis eſt ſolutio.& ſic poſſet ex hac culpa tutoris, vel alterius
adminiſtratoris redargui.Secunda pars incipit ibi:& quia ne
fas.& hoc dicit.Excuſſo debitore ciuitatis, conueniunt poſ-
ſeſſores pro rata eius quod poſsident condictione ex iſta le-
☞ge.h.d. ☞Vide per gloſ.ordinariã in auth.de fideicõmiſ.§.
pe.adde caſum, in quo quis cogitur vendere fauore libertatis,
in l.j.§. ſin autẽ ſocio.de ſeruo cõmuni manumiſ.& in §.fina.
Inſti.de accu.& in l.alieno.§.ſi quis.ff.de fideicõmiſ.liber. &
Bar.in l.nõ dubium.§.j.de le.iij. Alex. ¶Oppo.hic dicit ob-
noxij.contra, ciuitas non habet bona obligata: vt.s.de iure
Reipub.l.ij.So.quidam intelligunt obligata expreſsè vel ta-
citè, & ꝓprio priuilegio ciuitatis. Vel pone debitorẽ obliga
tum ex adminiſtratione: quo caſu bona ſunt obligata ad ſimi
litudinem tutoris: vt s.de admi.tu.l.pro officio.iſti caſus ſunt
1 veri in ſe.† Et nota iſtã vltimã poſitionẽ hic in gloſ.ꝙ contra
adminiſtratorẽ ciuitatis ciuitas habet tacitã hypothecã: tamẽ
quãtũ ad hãc legẽ nõ eſt bonus intellect⁹: nõ eñ tũc cõuenire
tur qlibet poſſeſſor ꝓ rata, ſed à quolibet poſſeſſore tota res
aduocaret.s.ſi vnus ex plu.de.vel cred.l.j.& ij.& s.de diſtra.
pi.l.quãdiu.ff.de diſtra.pi.l.creditor.& ff.de iu.fiſ.l.Moſchis.
& ibi no. Dicendũ eſt ergo ꝙ bona nõ erant obligata, ſed di-
2 cunt obnoxia eoipſo ꝙ erant debitoris ciuitatis. ¶† Sed quęro
qua actione agetur cõtra debitores. Rñdeo, cõdictione ex le-
ge iſta.& eſt ſpãlis caſus fauore ciuitatis: aliàs autẽ ſi qs poſsi-
deret aliquas res q̃ fuerũt debitoris mei, quæ non eſſent mihi
obligatę, non poſſet à me cõueniri, niſi eſſet facta alienatio in
fraudẽ: tũc reuocaretur per ti.de his q̃ in fraud.cred.& in his
fieret executio, ſicut ſi eſſet in bonis debitoris. Inſtit.de act.§.
3 ſi quis in fraudem. ¶† Quæro vtrũ ſint alij caſus, in qbus poſ
ſeſſores cõueniantur, ꝓ rata.gl.ponit aliquos.Primus eſt s.cõ
munia de le.l.j.in fi.ſed certè ibi non tenebant ꝓ rata eius qđ
valet, ſed tenentur in totũ ꝓ portione hæreditaria qua teneba
tur hæres, cuius res fuerunt. ¶† Item ponit exẽplũ qñ duob⁹
ꝓ rata ſimul obligat eadẽ res: tũc quilibet agit ꝓ rata ſui de-
biti. ¶Itẽ cũ plures mittuntur in poſſeſsionẽ ex cã damni in-
fecti vt in glo.Sed iſta exẽpla nõ cõueniũt: nã ibi eſt verum ꝙ
creditores agũt ꝓ rata ſui debiti.hic verò loquitur cum poſ-
ſeſſores conueniũtur pro rata eius quod poſsidẽt, & ſic diſsi-
milis caſus eſt.credo ergo ꝙ hic caſus ſingularis eſt. ¶Tertia
pars incipit ibi: ab eo autẽ.& h.d.Debitor ciuitatis, q alienа-
4 uit ei maiorẽ partẽ, cogitur eidẽ alienare minorẽ.h.d. ¶† No-
a ta.ꝙ ꝓ vtilitate Reipu.cogit quis vẽdere[a] ſuas res.& hoc ha-
beret locũ in illis ciuitatibus, quæ pecuniã ſuã credunt, & mu
tuãt.expedit eñ eis vt ibi ſint locupletiores poſſeſſores, qb⁹
pecunia poſſet credi. ¶† Itẽ nota ar.ꝓ ſtatutis quarũdã ciui-
tatũ, in qbus cõtinetur ꝙ qui iuxta confinia habẽt magnam
poſſeſsionẽ, ꝙ cogantur vicini eis vendere: quod de iure cõi
non eſſet. ¶Quarta pars incipit ibi: ꝙ ſi qſpiã.& breuiter h.
d.ꝙ emit à fiſco bona debitoris vendẽtis vt ſua, nõ poterit cõ
5 dictione ex lege iſta cõueniri.h.d. ¶† Ad partẽ iſtã opp.ff.de
pet.hære.l.etiam ſi putauit.§.ſi qs à fiſco.Solu.Hic emit rem
ſingularẽ: ibi emit vniuerſalẽ. Vel aliter illa corrigitur per l.
bene à zenone.de qua.præſcri. Et iſtam partem Pe.tenet: ſed
prima videtur verior per hũc text.q dicit ſecundũ ius vetus.

a ¶Vẽdere. Quib⁹ caſibus aliqs vendere cogat.et emere, vide Fel.in c.j. de Iudæ.poſt prici.ver.vlt.no.

b ¶Noiato. Adde Bald. in l.noiatori.C.de pign. per illum tex.

c ¶Aduerte ꝙ Bar. legit tantũmõ vſ ꝙ ad hanc rubri. de peric.vt refert do.Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.fin.col.ij. ff. q ſatiſda.co. & in l.qdam cum filiũfami. co.xiij.ff. de ver.obl.Alex. Loſæus.

ergo in hoc non differt ius antiquũ à nouo. Tene ergo primã
6 quæ ibi ponitur in gloſ. ¶† Quinta pars incipit ibi: quod ſi
qs debitor.iſta eſt clara. Nota ex fi.ꝙ magis dicuntur idonei
poſſeſſores prędiorũ ruſticorũ quàm vrbanorũ. Nã vrbana ſub-
iacent maioribus periculis: vt incẽdij & ruinæ. Facit ff.de ne-
go.geſt.l.diuortio.& de mino.l.vtrũ.§.ex facto.& quod no.
ff.ſol.ma.l.ij.circa prin. ¶† Vltimò glo.ponit hic ea quæ ſunt
ſpecialia in debitore ciuitatis: quam ſigna, & tene menti.

*De periculo nominatorum.* Rubrica.

SVMMARIVM.

¶Vide glo.quæ continuat hanc rubricam, & duas ſequẽtes.
1 ☞Nominator officialium quando teneatur.
2 Officialis ad hoc vt eius nominator non teneatur, quo tẽpo-
re debeat eſſe ſoluendo.
3 Nominatori officialis incumbit onus probandi ꝙ tempore
depoſiti officij officialis erat ſoluendo: & etiam poſt.

LEX I.

SI qui. Electores officialiũ publicorũ nõ
tenent ꝓ electis, licet fideiuſſores
nõ receperint, ſi tpe depoſitę adminiſtra-
1 tionis ſoluẽdo fuerint.h.d. ¶† Opp.ff.de
magiſt.cõue.l.j.§.ſi magiſtrat⁹.So. Aliud
ĩ creatiõe tutorũ: aliud ĩ eo, q creat officia
les publicos.In his eñ nõ eſt neceſsitas exi
gẽdi fideiuſſores, ſi ſoluẽdo ſunt. ¶Oppo.de l.diuortio ff.de
neg.geſt.So.Intelligas ꝙ pr̃imoniũ officialis nõ fuit diminu
tũ ſubitò, dũ depoſuit adminiſtrationẽ, ſed ſtetit ꝑ tp̃s, ita ꝙ
officiali q eũ debebat cõuenire, potuit imputari culpa, vt hic:
2 alš teneret noiator, vt in lege cõtraria. ¶† Opp.ꝙ nõ ſufficiat
quẽ eſſe ſoluẽdo tpe depoſiti officij: ſed tpe litis cõteſtationis:
vt ff.de fideiuſ.l inter eos.§.j.Sol.Hic loquit de his, q incidũt
in obligationẽ ex neceſsitate.ibi: in his q ex voluntate.Idem
3 no.Cy.in l.ex perſona.s.de ꝓba. ¶† Quærit gloſ.cui incum-
bat probatio ꝙ tẽpore depoſiti officij erat ſoluendo.Rñdeo,
nominatoribus: vt l.j.§ ſi magiſtratus.de magiſt.conue. ¶Et
aduertendũ ꝙ non habet nominator neceſſe probare ꝙ eſſet
ſoluendo tẽpore depoſiti officij tantũ: ſed etiã poſt tãta tem-
pora ꝙ poſſet officiali culpa imputari: vt dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 ☞Magiſtratus noiat ſucceſſorẽ: ſed cõſiliũ ciuitatis eligit.
2 Nominator officialis quando tenetur ex ſola nominatione.
3 Teſtis, qui deponit: ſcio quia tetigi eum manibus, licet depo-
nat ſuper re incorporali, probat.

LEX II.

SI ſucceſſoris. Nominator tenetur pro nomi-
b nato[b] officiali, quatenus ipſe cõ
uenitur ex perſona ſua, non in eo, ad quod cõueni
1 tur ex pſona alterius noiati ab eo.h.d. ¶† Not.ꝙ
ad magiſtratum pertinet ſibi noiare ſucceſſorem: electio verò
pertinet ad conſilium: vt l.ij.s.de decur. ita dicit gl. & bene.
2 ¶† Opp.ff.de neg.geſt.l.ex facto.Sol. Qñq; quis aliquẽ no-
minat in ſuũ adiutorẽ: & tunc pro illo ipſe tenetur per illum
enim ipſe gerit, & ꝓ tali tenet noiator, vt ĩ cõtrario.Sed qñ
eligit aliqs ad aliquod offm̃ diſtinctũ à ſuo, nõ noiat ſibi ſuc-
ceſſorẽ, & tũc noiator nõ tenetur, vt hic. ¶No.tex.qui dicit,
nec ad noiatores man⁹ porrigi.intelligitur eñ manus porre-
ctio intellectualiter magis quàm corporal. Facit s.de nau.Tybe.
3 l.j.& de iure cod.l.qđ per manus.† & eſt hic ar.ꝓ teſte qui in
terrogatus qũo ſcit, dicit ꝙ tetigit eũ manibus: licet nõ eſſet
res tãgibilis, ꝙ referatur ad ſenſum congruum illius rei. Bar.

Additio. Adde Bald.in l.non omnium.in fin.ff.de leg.&
in l.iij.in vij.q.C.de teſt. Alex.

c *De periculo[c] eorum q pro magiſtratibus inter.* Rub.

LEX vnica.

FIdeiuſſores. Fideiuſſor tenetur Rei-
publicæ ad intereſſe, nõ
ad pœnam, in quam magiſtratus incurrit
delinquendo.h.d. ¶Item nota in l.fi.ff.de
fideiuſ.hodie verò forma fideiuſsionis ta-
li modo recipitur quòd in pœnam tenet.
promittunt enim intereſſe, & omnes cõdẽ
nationes quæ fient de eo.

*Quo quiſque ordine conueniatur.* Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ☞Plures licet aſſumant officium publicum: tamen non dicũ
tur duo rei, niſi expreſsè dicatur.

LEX I.

Et ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LEX I.

ET ſi duobus. Adminiſtratores ciuitatis tenentur inſolidum omnes, licet ſimul adminiſtratio ſit conceſſa. ſecus ſi pro portionibus diuiſis. Primò tamen gerens, non ſecundò gerens cõuenitur, quaſi vno mortuo alij in adminiſtrando culpam commiſerint
1 pro tali culpa hæredes mortui nõ tenent. h.d. † Et no. ꝙ qñ plures aſſumũt officiũ publicũ eoipſo intelligunt eſſe duo rei, licet hoc nõ ſit expreſſum: hoc eſt verũ de iure iſto, ſcdm qđ duo rei cõſtituebant tacitè. Sed cũ hodie neceſſe ſit hoc expreſsè agi, vt in auth. de duo. reis. in prin. ſed ſi nõ expreſsim agat ꝙ ſint duo rei: ꝙ hoc caſu nõ erunt duo rei. & hoc gl. in. l. proxi. no. ſub dubio fortè. quod ſingulariter nota.

LEX II.

QVoties. Si duobus pro indiuiſo adminiſtratio eſt iniuncta, quilibet prius conuenit quã nominator: ſed ſi pro ſeparatis portionibus, tunc primo adminiſtrator, deinde fideiuſſor, poſtea nominator, vl. loco collega. h.d. ¶ Et no. hãc legẽ in hoc qs ordo debeat ſeruari in cõuentiõe & exactione officialiũ publicorũ. no. ſ. de cõue. fiſ. deb. l. qm̃ Augerio. Et no. iſtã. l. q̃ fuit alle. in q. de facto. ſi eſt actũ cõtra vnũ ex obligatis inſolidũ, & eſt facta excuſsio realis & perſonalis: an poſsit agi contra tertiũ poſſeſſorẽ rerũ non excuſſo primo alio correo obligato inſolidum.

LEX III.

SI ita. Quando officium eſt diuiſum inter officiales, prius cõuenitur nominator ꝙ̃ collega: aliàs ſecus. h.d. ſcdm verum intellectũ. Et intellige primam partẽ vſq; ibi, cũ in magiſtratibus. quod officiũ & adminiſtratio inter officiales erat indiuiſum. ſecundã partem intellige ꝙ erat diuiſa adminiſtratio. & ita tenet glo. hic. Bar.

SVMMARIVM.

1 ☞ Caſus, in quo actio perſonalis ſequitur fundum.

CVm te. Si adminiſtratio diuiſa vnus collegarum pecuniam collocauerit, quã reſpublica conſequi non poteſt, eo mortuo hæres eius primò eſt conueniendus, ſecundò poſſeſſor. tertiò nominator. quartò collega. hoc dicit.

Additio. Vide glo. in. l. j. §. ſi hæres. ad Treb. licet Fran. de are. ibi reprehendat illam glo. quia ille tex. loquitur in ciuitate, quæ non habet priuilegiũ hypothecæ. l. ij. ſ. de re. pig. & in l. ſimile. ff. ad muni. Vnde dicit ꝙ hic eſt ſpecialis caſus, vel potes ſoluere, vt per glo. & Bart. in. l. j. ſ. de debi. ciui.
1 ¶ † Not. hic caſum, ꝙ actio perſonalis ſequitur fundum. de quo dixi in l. ij. ſ. titu. iij. regulariter contra, vt l. j. §. ſi hæres. & §. ſi ex fundo. ff. ad Trebel.

*Ne quis liber inuitus.* *Rubrica.*

LEX I.

SI vt proponis. Ibi: inter officia. i. actus ſiue miniſteria. & ſic impropriè ponit. Nam nihil qđ ſit officiũ propriè ſeruus habere poſſet: cũ officia publica cõueniũt liberis tantũ. & per hoc litera quæ dicit murilegulos & vaſtagarios habere dignitatẽ, ſtat impropriè: cũ illi murileguli ſint ſerui: vt no. i gl. rubricę illius tituli. Patet ergo ꝙ dignitas vel officium non poteſt per eos exerceri: cum dignitatis vel officij ſerui nõ ſint capaces: vt ſ. ſi ſeruus vel liber. ad decu. aſpi. l. j. & ij. & de tab. l. generali. Patet ergo ꝙ non eſt officium nec dignitas. Bar.

*Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere.* *Rubrica.*

Lex vnica.

CVm ad munus. Si vnus ex pluribus officialibus electus expenſas totius muneris ſupportauerit, pro rata eas repetet à collega. hoc dicit. Nota pro eo quod vidiſtis ſ. de leg. l. ij. lib. x. Bar.

*De his qui ex officio quod admini. conueniuntur. Rub.*

Lex vnica.

FOenoris. Reipublicæ debitor, ſi reperitur minus idoneus adminiſtrator, tenetur ad ſortem quam ei mutuauit: non autem ad vſuras tenetur. Bar.

*De ſolutionibus & liberationibus.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Soluere non dicitur, nec liberatur qui rectè non ſoluit.
2 Pecunia ſoluta adminiſtratori ciuitatis, & non rectò, non præſumitur verſa in vtilitatem ciuitatis.

Lex vnica.

CAutiones. Apochæ de ſoluto à ſeruis publicis confectæ, ita demum debitoribus ſoluẽtibus proſunt ſi à curatore Reip. ſunt ſubſcriptæ: aut pecunia ſoluta in vtilitatem publicam eſt conuerſa, & non aliter: & ſi dolo ſerui publici debitor ſoluerit pecuniam curatori, nec in vtilitatem publicam eſt conuerſa, tenetur curator de peculio eius ſerui, & debitor remanet obligat⁹. hoc dicit.
1 ¶ † Et no. ex hac. l. quòd nõ dicit ſoluẽs pecuniã ſoluere, niſi rectè ſoluat: & ideo ſoluens non liberatur, licet tamen non liberetur, non poteſt conueniri, niſi in ſubdium: vt C. de cõue. fiſ. deb.
2 l. ij. lib. x. ¶ † Vltimò not. ꝙ quando pecunia ſoluitur adminiſtratori ciuitatis non rectè, ꝙ non præſumitur verſa in vtilitatem ciuitatis, niſi probetur: eodem modo ſi ſolueretur minus rectè tutori vel curatori. quod not. Bar.

*De ſpectaculis, & ſcenicis, & lenonibus.* *Rubri.*

SVMMARIVM.

1 Cõſenſus populi in agẽdis attẽdit, licet primates reluctentur.

LEX I.

NOn inuidemus. Hic Imperator permittit quibuſdam qui ſcenici appellantur celebrare ſpectacula: maxime cum ipſi velint ea facere ſuis expenſis. h.d. in gloſ. conſentientes. ibi, vel populi in agendis. a
1 † Nota ꝙ ſufficit conſenſus populi[a] in agẽdis,
a licet reluctentur primates.

LEX II.

HOs qui. Deſeruientes ſacris ludis, nullo afficiuntur ſupplicio. h.d. & ratio: quia tales ludi
b ſunt liciti: [b] ideo ludentes non infamantur. Hic non ſunt alia.

LEX III.

QVi ſquis. Accipiens equum deputatum ſpectaculis, & eo vtens ad ſui cõmodum, in vna libra auri punitur.

SI qua. In loco, in quo imagines principis conſecrãtur non debent fieri ſpectacula turpia: puta corporis, vel veſtis verecũde, in alijs locis non prohibetur. Bar. b

1 ☞ Impedientes equos currentes ad brauium, puniuntur.

NEmo. Nullus iudex debet feſtiuitates ciuitatis impedire, animalia neceſſaria ad ludos tollendo, vel aliud faciendo, per quod impediatur publica feſtiuitas. contrafaciens vt violator legis in libris quinquaginta punitur. hoc dicit. ¶ Et not. contra iudices tollentes equos deputatos ad currendum ad pallium. de quo dic vt in
1 iſta gloſ. ¶ † Et nota iſtam legem contra eos qui ragatios exiſtentes ſuper equos currentes ad brauium impediunt, faciendo eos ire ad alium locum. expauendo equum currentem ad brauium, vel faciendo eum cadere, vel equum ne currat, quod puc
☞ nitur tanꝗ̃ legis violator, vt hic. Bar. ☞ Adde idem eſſe in creditore proſtituente ancillam ſibi datam in pignus. l. eleganter. §. fina. de pignora. actio. & in proſtituente illam quam redemit ab hoſtibus. l. fidiſsime. ff. de capti. & no. glo. in d. §. fin. in gloſ. fin. Alexan.

nō dr per hanc literā in ſcriptis libellū offerre, licet notarius
hoc ſcribat: nec videt ꝓcedere ordinario modo, ſed potius ex
tra ordinē. ꝙ no. quia tibi poſſet contingere. de facto.

Additio. Bald. in authen. offerat. in fi. C. de lit. conteſta. &
Ange. in l. j. in prin. in j. co. de edē. & ibi Bald. &
☞ Paul. de caſt. Alexan. ☞ De hoc etiam per Bald. in authen.
offerat. Et ſic ex hoc apparet ꝙ ēt hodie oblatio libelli in ſcri
ptis eſt de ſubſtātia. etiā reo nō petēte, qn̄ agit iudicio ordina
rio. Vide quod habet per doct. in c. j. de libel. obla. gl. in Cle.
ſæpe. in ver. neceſſario. de verb. ſig. Spec. in tit. de libel. cōcep.
§. nūc dicēdū. in prin. & per Legiſtas in d. auth. offerat. p Bal.
in l. ne quicꝙ̃. §. de plano. de offi. procō. & leg. Et communis
cōcluſio eſt, ꝙ ſi reus nō petat offerri, ſufficiat qualiſqualis pe
titio apud acta per notariū poſt. Adde tex. in c. pręterea. de di
la. Sed quid in criminalibus, an requirat libellus? glo. videtur
tenuiſſe ꝙ nō, in l. ſi quis ſe. C. de accuſa. quæ dixit ꝙ quis pōt
verbotenus accuſare. & ibi eam ſequitur Bal. dicens ꝙ nō eſt
neceſſe offerre libellum in ſcriptis. ſed vide ibi latius per Sal.
qui tenuit ꝙ imò requiratur libellus. Pro quo eſt glo. in §. ſci
mus. in auth. de exhib. reis. præter quàm in leuibus. l. leuia. de
accuſ. Nec obſtat d. l. ſi quis ſe. quia ibi procedebatur ad querē
lā. quo caſu nō requiritur libellus dari in ſcriptis. c. quia præſu
latus. iij. q. iiij. Caſus autem vbi hodie libellus non requirit in
ſcriptis offerre, vide per Spec. in d. §. nunc dicendū. in prin. &
p docto. in c. j. de libel. obla. Quid in exceptione rei, an ſit in
ſcriptis danda: cū dicat rei libellus: vide Bar. tenentem ꝙ ſic,
in l. j. in iij. co. de excep. Quid quando imploratur iudicis offi
cium, an debeat dari libellus? vide Bar. in l. de ſubmerſis. & cū
Barto. tranſit Ro. in l. j. de arbitr. in ij. col. Alexā. ¶Item nota
4 ex iſta glo. †quòd cùm proceditur extra ordinem, iudex nō
poteſt accipere ſportulas.

Additio. Et de hoc dic vt not. per Bald. in l. generaliter. in
j. co. C. de epiſ. & cle. ꝙ in cauſis ſummarijs non
ſoluuntur ſportulæ. Et ad hoc adde Bal. in l. fi. in j. colū. C. de
5 fruc. & lit. expē. Alex. ¶†Item nota ex glo. in verbo, ſenten-
a tia. quòd citatio appellatur ſententia interlocutoria.[a] Et hoc
etiam probat tex. in prin. huius legis ibi: libellos ex ſententia
&c. Et hæc ſentētia dari poteſt parte abſente: vt l. ſed & inter
pellatur. §. j. ff. de arbi. Pro quo facit quod not. Inno. extra de
6 procur. c. auditis. †Item nota ex hac eadem glo. ꝙ quis poteſt
citari per epiſtolā. & ita de conſuetudine obſeruat. concor. d.
7 l. ſed & interpellatur. ¶†Vltimò nota ex ver. quoniā ęquali
tatē in iudicijs obſeruandā. cōcor. l. fi. ſ. de fruc. & lit. expē. &
l. prouidendū. ſ. de poſtu. & j. de re mli. l. fi. cum ſimi. hic alle.
8 in gl. ¶†Et ideo priuilegiū vni cōceſſum circa præſtationem
ſportularū ad alium extenditur vt hic. & eodē modo in dila-
tione: vt l. petendæ. ſ. de in integ. reſti. Bar.

a ¶Interlocutoria. Adde quòd citatio habet duo extrema, ſcilicet interlocutoriā de citando i. cōmiſsionē & p ipſam citationē. i. actum nūtij & relationē. Bar. in l. j. §. nuntiatio in v. col. ī fi. ver. quęrit Iaco. de Are. ff. de ope. no. nuntia. & Ioan. An. in c. Roma. ī antepe. co. de for. compe. & Fel. in c. gratū. de offi. del. in ij. co. & Oldra. in cōſi. xcviij.

SVMMARIVM.

1 ☞ Statutum reducens officiales ad minorem numerum, non præiudicat electis, tempore conditi ſtatuti.

2 Capitane⁹ poteſt ſimul & ſemel aliquem deputare ad officiū iudicis maleficiorum, & ad officium notariatus.
Quis ad duo officia penitus diuerſa deputari nō poteſt. ſecus ſi non ſint diuerſa.

3 Iudex qui ſcripſit omnia acta coram ſe facta ex ipſis pronunciare poteſt: & ſententia valet.

4 Subrogatus loco alterius ſuccedit in ordinem ſubrogati.

COmperimus. Hic ponitur quomodo adiu-
tores ſcriniorum, qui appel-
lantur adiutores quæſtoris ex iuris diſpoſitio-
ne non poterant eſſe niſi xij. in ſcrinio ſacræ me-
moriæ: hoc eſt, in ſcrinio regiſtri, in ſcrinijs verò ſacrarum epi-
ſtolarum, & libellorum conuentionalium quæ ſunt ſcrinia in-
feriora, ſolum vij. coadiutores ſcriniorum dictorum eſſe pote-
rant. Poſtea propter importunitatem quorundam, talis nume
rus diſturbatus fuit: & multi ſuperadditi fuerunt. Et ideo ſta-
tuit Imperator ꝙ non faciendo præiudiciū illis, qui nunc ſunt,
ꝙ nulli alij poſsint eligi in hoc numero coadiutorū durāte nu-
mero ſuprà dicto qui per legē ſtatutus fuerat. ¶Secundò dicit
ꝙ ſi aliquis de dictis coadiutoribus ad latiſiculenſe officiū fue-
rit vocatus, aut etiam fuerit dimiſſus in numero ſcriniariorum,
cum primò eſſet coadiutor, quòd poteſt in locum ſui aliū ſub-
rogare, dum tamen libellum offerat vni viro illuſtri ſignifican
do perſonam illius quem ſubrogari vult, & tempus: & dictus
ſubrogandus ordinari debet pro tanto tempore, pro quanto li
bellus fuit porrectus illuſtri. ¶Tertiò dicit, ꝙ adiutor, qui aliū
ſubrogari in ſuum locum petit, ſi erat prior in ordine adiutor:
& ſimiliter ſubrogatus erit prior: licet ille ſubrogatus fuerit de
numero memorabilium inferioris ordinis. ¶Quartò dicit, ꝙ
hòc in alijs officijs obſeruat. h. d. vſq; ad fi. ¶In tex. ibi: modò
1 vt examinentur. ¶†Nota ex hac litera ꝙ ſi per formam alicu
ius ſtatuti, numerus officialium reducitur ad minorem nume
rū: puta cū eſſent decem, reducit ad numerū quinq;: ꝙ talis re
ductio nullū generat pręiudiciū in illis officialibus, q erāt ele
cti tēpore reductionis. præiudicabit ergo tātum nouę electio
2 ni officiorū. ¶In tex. qui prior in adiutoribus. †Nota hic ꝙ
ille, qui erat ſcriniarius, ſi fuit electus coadiutor ſcriniariorū,
pōt ambobus iſtis officijs fungi. Et ſic eſt optimū argu. ꝙ ca-

pitaneus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

capitaneus poſsit ſimul & ſemel deputare alium ad officiũ iudicis maleficiorũ: & ad officiũ notariat⁹. Nec ob. ꝙ qs nõ poteſt fungi duplici officio: vt. ſ. eo. l. hac parte. quia hoc eſt verũ, cũ officia ſint protinus diuerſa: ſecus qñ officia nõ erãt diuerſa, ſed circa idẽ tendebãt. Pro quo vide qđ dixi. ſ. de ſac. ſan. eccle. l. iubemus. §. ſanè. & hoc fuit hic de mẽte glo. ſuper ver. meruit.
5 ¶ † Et ſic facit, ꝙ ſi iudex, q erat tabellio[a] ſcripſit oĩa acta
2 corã ſe facta: ꝙ ex ipſis pronunciare põt, & ſnĩa lata valet nec
impedif hic fungi duplici officio: qa circa idẽ tẽdũt. Pro quo
facit j. q mi. nõ poſ. l. his quidẽ. & extrà de cõſtĩe. c. ij. de p̃bẽ. c.
4 cũ ſingula. li. vj. ¶ † Vltimò no. ꝙ ſubrogat⁹ ĩ locũ alteri⁹, ſuc
cedit in ordinẽ, quẽ tenebat ille, in cuius locũ ſubrogatio facta eſt. Bar. Vide q̃ dixi ſ. de iure fiſci. l. ij. iuxta fin. Adde ẽt quod no. Bar. in l. iubemus. §. ſanè. el. j. de ſac. ſan. eccle. in ver. venio ad tertiã partẽ. & qđ no. Bar. in l. ex ſnĩa. ff. de teſt. tu. vbi dicit an notarius poſsit eſſe, rogatus de cõmiſsiõe ſibi facta à iudice & adde quę dixit Bar. in ſua diſputatione, iudex maleficiorũ. in j. colũ. Sed an quando poteſt eſſe iudex & notarius, debeat habere ſalarium duplicatũ, vide do. Pau. de ca. in l. qui duob⁹. de cõdi. & demõ. & ibi vide Bal. dicẽtẽ de collaterali exercente ſuum officiũ & officium alteri⁹, an debeat habere ſalarium duplicatũ & Bal. in j. cõſt. C. in. §. ratióq;. & vide qđ no. Ang. de duobus officijs vnitis, an debeaf vnũ ſalariũ, in aut. vt determi. ſit nu. cleri. & in aut. vt iud. ſine quo. ſuffr. an qs poſsit officio pluriũ fungi, vide Iac. de bel. in d. §. ideoq;. ꝑ Bar. in. l. ij. de ſtip. ſeruorũ. & in l. fi. de collegijs illicitis. ver. q̃ro, an qs poſſit in duob⁹, vbi ponit, an qs poſsit eſſe de diuerſis collegijs. de quo ſ. de colleg. cath. li. xj. & de materia ĩ c. qđ ꝓpter. de elec. ꝑ Inn. & Bal. in aut. niſi breuiores. C. de ſentẽ. Bal. poſt Iaco. de Are. in d. l. q duobus, per illũ tex. & in l. binos. C. de aduo. diuer. iu. & in l. ſi ad ſcribatũ. C. de appel. & Io. an. in c. cum olim. de re iud. & tex. in l. duorũ. de ope. pub. An gerens officiũ alterius, vel ſubrogatus gaudeat eiſdẽ priuilegijs, qbus ille, qui eũ ſubrogauit. & quã pŕãtẽ habeat, vide Bar. in l. filius. ff. de le. & in l. j. §. ij, quibus. de le. ij. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Agens contra aliquem ſine ſcriptis, ſatis eſt, ſi nudo verbo exprimat nomen ſuum.
2 Miles licentiatus à ciuitate Peruſij, vt iret in Alemaniã, debet habere ſtipendium pro tẽpore, quo ſtetit abſens cum licentia.
3 Clericus, qui de licentia Papę ſtetit abſens, debet habere præbendam pro tempore abſentiæ.

HAc lege. Adiutores cũ conueniũt ſine ſcriptis, eorũ nomẽ voce ſola ſufficiat demonſtrari: aliàs in ſcriptis tã in actis, ꝗ in ſnĩa demõſtrãdũ eſt. Item ſi adiutores cõmeatu accepto ſe abſentauerint, durãte abſentiæ tpe ĩtegrũ dñt habere ſalarium ſicut ſi p̃ſentes eſſent. ¶ Itẽ nullus in locũ vacãtis coadiutoris debet inſtitui. quouſq; plen⁹ eſt numer⁹, ꝑ l. ſtatut⁹. h. d. ¶ Item text.
1 ibi, deſignatũ. † No. cũ agif cõtra aliquẽ ſine ſcriptis, nudo ver
bo nomẽ ei⁹ ſufficit deſignari. aliàs in ſcriptis deſignandũ eſt.
ꝓ quo facit l. libellorũ. ff. de ac. ¶ In tex. ibi, aut emolumento-
2 rũ. ¶ † Not. ꝙ ſi ciuitas Peruſij cõceſsit alicui ſuo ſtipendiario
licentiam, vt iret in Alemaniã: vel vt iret ad bellandũ: & ſtaret abſens certo tẽpore. ꝙ toto illo tpe, debet habere ſtipendium: ſicut ſi principaliter ſeruiret: & eo modo, ſi cõcederetur licẽtia poteſtati, vel capitaneo, vt hic. Adde Bal. in l. ſi ea. de cõd. inſer. & gl. ĩ l. deſertorẽ. §. ſi ad diem. ff. de re mili. Ro. in litera. S.
3 no. xxx. Alex. ¶ † Et hoc inducit gl. in ar. ad quęſtionẽ de cle-
rico, qui toto tempore abſentię debet habere præbendam, ſi fuit abſens de licentia Papæ. Bart.

SVMMARIVM.

1 ☞ Statutum, ꝙ priores non poſſunt per nullum caſum fortuitum mutari, non poterit etiam eorum numerus augeri,

CErte. Primò facit mentionem de lege circa adiutores. Statuta, quæ diſponebant ꝙ nullus de numero adiutorum, qui nunc ſunt, diminui debeat, licet ſint vltra numerum: vt ſ. eod. l. comperimus. nec eſſet alius ſubrogandus: niſi adiutor ſubrogari petens ad latrũculenſe officium, vel ad locum ſecundorũ ſcriniariorum cõuolauerit. ¶ Secundò dicit qđ ſubrogatus tenebit locum vltimi adiutoris: ſi adiutor cui fuit ſubrogatus erat ſimiliter vltimus, non obſtante ꝙ talis ſubrogatus erat de primo numero ſcriniariorum.
¶ Tertio facit mẽtionem de quadam pragmatica ſanctione ꝑ quã erat ꝓuiſum vt nõ ſolũ in caſib⁹ p̃dictis vbi adiutor vocabaf ad latrũculẽſe officiũ, vel ad officiũ ſecũdorũ ſcriniariorũ: ſed ẽt vbi ꝑ caſum fortuitũ impediebaf ſeruire: in ſui locũ poterat ſubrogare aliũ. ¶ Quarto corrigit hãc pramagticã ſancti. ſtatuẽs, ꝙ in p̃dictis duob⁹ caſib⁹ tm̃ adiutor poſsit petere aliũ in ſuo loco ſubrogari. ¶ Quitò mãdat, ꝙ xij. tm̃ adiutores ſint in ſcrinio ſacræ memoriæ. i. regiſtri: ſeptẽ verò in alijs duobus
1 ſcrinijs libellorum & epiſtolarum. ¶ Vltimò † ꝙ nullus vltra
numerum poſsit addi, confirmando certa capitula. h. d. vſq; in finem. ¶ In tex. ibi, circa fin. ibi, ſi mutatione. eſt optimũ arg. ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ per nullum caſum fortuitũ poſsint priores mutari, ꝙ vigore eiuſdem ſtatuti, intelligitur prohibitũ, ne poſsit numerus priorum augeri. Nã ex quo prohibita eſt mutatio: multò magis prohibita eſt additio.

a ¶ Iudex q erat tabellio. vid gol. & Saly. in l. iubem⁹. §. his quoq;. ſ. de ſac. ſan. eccle. Alb. de Roſa. in l. & ſi cum. ff. de euic.

## *De agentibus in rebus.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Agentes in rebus, qui ſunt.
Qui præpoſiti agentiũ, & qui principes agentium.
1 ¶ Ad euidentiã † pręmitte, ꝙ agentes in rebus ſunt illi, de qb⁹ fit mentio per gl. j. de curioſis. l. ij. Præpoſiti agentiũ, de quib⁹ fit mentio. j. tit. proxi. ſunt illi, qui præſunt dictis agentibus & Principes agẽtium, de quibus fit mentio. j. ti. ij. ſunt illi, qui palmam laborum emeriti per lapſum xxv. an. per principem poſtea quieti traditi ſunt. vt j. tit. ij. l. j. & iiij.

LEX I.

NVllus. ¶ Nullus de numero agentium in rebus in locũ mortui ꝑ pecuniam poteſt euadere: ſed in locũ eius, debet ille ſuccedere, qui in gradu poſt eũ, erat ꝓximus, & dignus labore. h. d.

LEX II.

NVlli. ¶ Agens in rebus, deponendus vel eximendus de libro agentium non eſt per aliquem iudicem, ad cuius officium non ſpectat cognitio contra eundem. h. d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Succeſſor officialis mortui, ꝙ debeat hr̃e ſalariũ toti⁹ tpis.
2 Subrogari ꝙ non debeat alius loco officialis defuncti, donec hæres officialis mortui habeat ſalarium.
3 Matricula regiſtri officialium probat aliquem eſſe officialem, ſi ibidem ſcriptus reperitur.
4 Officialis non ſcriptus in libro officialium, non debet habere ſalarium, nec vtitur priuilegijs officialium.

LEX III.

MAtriculam. ¶ Matricula agentiũ in rebus nõ debet eſſe, niſi xlviij, quorum quilibet præeſt ducentis. Circitores verò debent eſſe trecẽti: & equites quadringẽti quinquagita. ¶ Itẽ ſi quis de numero ducentorũ deceſſerit, hæres eius ex teſtõ totũ ſalariũ percipit. & per hoc nullus alius in locũ eius ſubrogãdus eſt per illud tp̃s, quo defuncti officiũ durare debet: ne duobus ſalarijs reſpublica fatigef. Itẽ nullus, qui nõ eſt ſcriptus in matricula prædictorũ regiſtrata in memoralibus Principis, ſalariũ vel præmiũ habebit. h. d. ¶ In tex. ibi, eius fructũ ſucceſſo-
1 res. ¶ † Not. ꝙ officiali decedente, ſucceſſor eius debet habere
ſalariũ toti⁹ tpis: vt hic, & ſ. de dome. l. fi. ¶ In tex. ibi, qua de
2 cã. † No. diligẽter, ꝙ vbicũq; hęres officialis mortui debet ha
bere ſalariũ totius tpis, nunq; in locũ officialis mortui debet alius ſubrogari: ne reſpublica duob⁹ ſalarijs fatigef. ¶ In tex.
3 ibi, diuali probatoria. ¶ † Not. iſtũ tex. ꝑ quẽ patet, ꝙ ad pro
bandũ quẽ eſſe officialẽ cõis, probatur per matriculã regiſtri:
4 in qua regiſtrata ſunt oĩa noĩa officialiũ. ¶ Secundò not. † hic
caſum exp̃ſſum, ꝙ ſi officialis nõ reperif in originali regiſtro, vbi regiſtranf oĩa noĩa officialiũ, ꝙ nõ debet habere ſalarium nec potif priuilegio. Tex. eſt expreſſus in cõtrariũ. in l. ſcriniarios. C. de teſt. mil. vbi patet, ꝙ notarius militũ, licet ſit in matricula, nõ tñ ex hoc dicif miles. & idẽ voluit Io. And. in ti. de inſtr. edi. §. reſtat. ver. & ſcias. vbi dixit, ꝙ qs nõ ꝓbaf tabellio eo ipſo, ꝙ ſit deſcript⁹ ĩ matricula notariorũ. Et idẽ dicit Bal. in l. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. nec ſcholaris, qui nõ intrat quãuis ſit in matricula, niſi ſit ꝓfect⁹, qui ſtudet in camera, nõ gaudet priuilegio ſcholariũ. Fateor tñ, ꝙ matricula cõſtituit eũ in quaſi poſſeſsiõe: & facit pręſumptionẽ, ꝙ ſit de tali arte, & officio, q̃ reijcit onus ꝓbãdi in aduerſariũ. arg. l. circa. de ꝓba. & ita dixit Bal. in d. l. ſcriniarios. Et ꝙ in dubio præſumaf ꝓ matricula, eſt tex. & no. Bar. ĩ l. petitionẽ. C. de aduo. diuer. iud. & ibi Bal. & Sali. in l. iij. de ſentẽ. titulo gñali. Facit l. eos. de offi. magiſt. mili. & idẽ Bal. in l. Barbarius. in xij. col. per l. ex eo. de teſt. mili. faciũt no. per eũ in l. non ignorat. in iiij. col. ſ. de accuſ. Rom. in l. in illa. in ix. col. de verb. obl. Et iura in cõtrariũ allegata dicunt, ꝙ matricula nõ facit quẽ notarium, ſed bene facit præſumi, vt prædixi per prędicta. arg. eius quod dicitur, de cõfeſsione extraiudiciali, quæ non inducit obligationem, ſed probationẽ: vt in l. publica. ff. depoſi. Vide ad prędi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſta do. Anto.in ti.de inſtru.in ij.col.vbi diſtinguit,an fiat ma-
tricula de his,qui fuerūt facti notarij:aut de his,qui fiūt:vt pri
mo caſu præſumatur notarius,ſecūdò probet eum notariū:&
quāto tempore perdat ius matriculę:tu vide in d.l.ex eo.& in
aut.habita.i viij.col.per Bal.tex.in l.fi.de aduoc.diuer.iudi.&
Bar.in l.per hāc.eo.tit.de quo per Ang.in conſi. vniuerſitatis
noſtræ ſtatutū vbi dicit,ꝙ ſcholaris abſentia facit perdere ius
matriculæ.C.de primice. & in l.iij.de domeſt. & ꝓtect. Si tñ
redit & velit matriculari,nō debet iterū ſoluere. alle.l.pe.§.de
cōſul.& idē Bal.& Pau.de Ca.in l.filio quē pater.ff.de libe. &
poſthu.& vide etiā quæ in materia no.Bar.in l.naturalium.§.
ipſum.de acquir.re.do.Item adde,ꝙ ſi quis iniuſtè fuit cācella-
tus de matricula,an perdat priuilegiū? Vide ꝑ Bal.in d.l.ſcri-
niarios.& Io.And.in loco priuileg, Item,ꝙ ſi quis eſt cancella
tus de matricula,quia vult trāſire ad aliū ordinē ſcholariū:ſeu
de vno capitaneo ad aliū:an iterū gaudeat priuilegio militū,
ſeu ſcholarium?dicas ꝙ ſic,per tex.in l.j.in fin.de bo.poſ.ex te
ſta.mili.Sed ille,qui nō eſt deſcriptus in matricula,nō gaudet
priuilegio:vt in l.eo.& no.in d.l.eos. Alexan.

SVMMARIVM.

1 ☞Statutum ꝙ ſcholaris non poſsit vexari,niſi coram Recto-
re,intelligitur tam ciuiliter,quàm criminaliter.
Item donec degit in illa ciuitate ratione ſtudij.nu.2.

EXeo. ¶Nullus de numero centenariorū,vel du-
centenariorum in rebus egentium,moram
cōtrahens in ciuitate Cōſtantinopolitana cōueniri
poteſt corā alio,quā corā officiorū magiſtro in cau
ſa ciuili vel criminali:quo priuilegio nō vtit,ſi extra illā ciui
1 tatem degat,vel depoſito officio.h.d.¶†Not.ex prin.huius l.
ꝙ ſi ſtatutū ſimpliciter dicit,ꝙ ſcholaris nō poſsit pulſari corā
alio iudice,ꝙ corā rectore:intelligit nō ſolū in cā ciuili:ſed etiā
a in criminali.a Nā ſi pro ciuili non poteſt corā alio,multò fortiꝰ
ꝓ criminali.¶Vltimò no.ex fi.ꝙ ſi ſtatutū dicit, ꝙ ſcholaris
2 non pulſetur corā alio,quā coram rectore intelligitur† donec
eſt in illa ciuitate,in qua degit rōne ſtudij.Sed ſi extra ciuitatē
degat,poterit corā iudice ordinario cōueniri per hāc literam.

a ¶In cā criminali. Adde iſtū & poſt eū Iac.rebuf.in l.ſi vacātia.& ibi An. ver.ex his apparet §.de bo.vac.lib.x. dixi poſt Colle.c. qđ clericis.nu.iij. extrà de fo.cōpet.

✻ Pro ſaluādo Bar. in hac l.j.vide concordiā poſitā ad l. iubemus.j.de eroga.mili.anno.

b ¶Perſonæ. Adde Feli.in c.fi.de offi. deleg. & an & qñ videat electa induſtria ꝑſonę, vide ꝑ eū i c.licet ex quadam.i.ij.col. circa med.ver.& rō pre dictorū eſt.de teſt. & nūquid vbi eſt electa induſtria ꝑſonæ quis per filiū ſeruire poſsit,vide per eum in c.affer te.i j.col. ante me. de pręſump.

*De præpoſitis agentium in rebus.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞Officia duo aſſumens,cum non poſsit habere niſi vnum,ꝓ
primo tantum debet habere ſalarium.
2 Officia duo quis habere non poteſt.
3 Seruire per ſubſtitutum,quando quis poſsit.
4 Seruire qui vult per ſubſtitutū,debet ſeruire per homines eiuſ
dem conditionis,cuius eſt ipſe.

LEX I.

✻ AGente. ¶Præpoſiti agentiū in rebus ſunt
per ordinem faciendi de anno in
annum:ad qđ officium negotiatores & pro-
curatores alienarū poſſeſsionū, non poſſunt
aſſumi:ſed illi ſolū,quos laboris vt ſufficiētes
ꝓbat teſtimoniū.Item Primicerij.& Tertioce
rij ſcriniariorū ad hoc aſſumēdi non ſunt:quia duobus officijs
deſeruire nō poſſunt.& ſi tale officiū ſuſceperint, nō poſſunt
habere Primiceriatus ſalariū.& ſi tale officiū morbo,etate vel
imperitia:vel alia cauſa adimplere nō pōt:poteſt ſeruire ꝑ ſub
ſtitutū eiuſdē ſcrinij,chartularium moribus optimis pręditum
ſcientia & peritia eruditū,& ſuo periculo:ſi tamē ſeruire volēs
multos ob rem publicā ſuſtinuit labores.h.d.¶In tex.ibi,præ
1 ter emolumēta.¶†No.ꝙ qñ qs aſſumit duo officia,& nō pōt
habere,niſi vnū,nō pōt habere ſalariū,niſi primi officij tantū.
2 ¶†Secūdò not.ex hoc tex.ꝙ duo officia,quis ſimul ſubire nō
pōt:vt hic.& ſ.tit.ij.l.hac parte.& ff.de adop.l.ſi cōſul.& hoc
eſt verū,qñ ſunt incōpatibila:vel vtriqꝫ qs deſeruire non pōt.
ſecus ſi ad inuicē ſe cōpatiant,vel deſeruire poteſt vtriqꝫ vt di-
xi ſ.ti.ij.l.cōperimus.De hac q.dixi.ſ.& adde Pet.de Anch.in
rub.extra de offi.deleg.vbi quęrit vtrū deputatus ad vnū offi
cium pro certo tēpore, intra illud poſsit ad aliud eligi.& con-
cludunt in effectu,ꝙ non.poſito ꝙ ſtatutū diceret,ꝙ electꝰ ad
certū officium,ad certū tempus intra illud eligi non poſsit ad
aliud quod referūt ſcribentes in l.iij.in prin.de iur.om.iud.qđ
intellige verū,ſi eligit ad aliud officiū incōpatibile:vt hic vi-
detur ſentire Bart.ſecꝰ ſi eſſet tale officiū,ꝙ aliud non impedi
ret:vtputa, quia electus eſſet ad ſcribendū per ſcripturā, nō vi
detur impediri aliud officiū.ita not.Ro.in no.ccxxv.in l.duo
rum.de oper.lib facit c.ſuſcepimus.de hęret.Alexā.¶In text.
3 ibi,ꝑ ſubſtitutū.¶†No.quē deſeruire ꝑ ſubſtitutū:ꝙ eſt verū
b niſi ad officiū requirat induſtria ꝑſonęb.Cōcor.de epiſ.& cle.
l.qſqs.& l.ad ſimilitudinē.de admi.tu.l.decreto.ff.ad muni.l.
quid ergo.§.de peri.nomi.l.fi.cū ſimi.hic alle.in glo. ¶Quod
eſt verū,qñ volens per ſubſtitutū ſeruire multū in alijs labora
4 uit,per hanc literā.quod no. ¶†Item no. ꝙ volens ſeruire per
ſubſtitutū,ſemper debet ſeruire per hominem eiuſdem condi
tionis:vt hic.dū dicit,chartulariū eiuſdem ſcrinij, &c. Si ergo
doctor vult ſeruire per ſubſtitutum debet ſeruire per doctorē
non per ſcholarem,licet ſufficientem.¶Item ſi miles vult ſer-
uire per ſubſtitutum,debet ſeruire per alium militem : nō per
domicellū.& ſemper ſubſtitutus debet eſſe moribus pręditus,
& ſcientia & peritia eruditus.Doctor,qui vult ſeruire per ſub
ſtitutum,debet ſeruire per doctorem moribus & ſcientia ido-
neum:non autē per ſcholarē quantūcūqꝫ ſufficientē.¶Sed qd
in iudice,qui vult ſe abſentare.et dic ꝙ ſic.Ang.in auth.de ad
mini.per gl.ibi voluit Bal.in l.parabolani. de epiſ. & cle. vbi
dixit,ꝙ debet eſſe talis ſubſtitutus,qui ad illud officiū poſsit
eligi. Et ſic ſecundū eum poteſtas ciuitatis non poteſt eligere
ciuē in ſubſtitutū,vel locū tenentem:quia ciuis nō poſſet eſſe
poteſtas ex forma ſtatuti.faciunt no.per Bar.in l. nemo eſt.de
duob.re.& per Bal.in l.j.§.ne autē.de cadu.tol.Sed imò videt
dicendū,ꝙ non poſſet ſeruire,per ſubſtitutū,eo:quia videtur
electa induſtria perſonę.ꝑ Bal.i c.j.§. multū.j.col.x. epiſcopū
vel Abb.vbi dixit qñ aliquid debet fieri princi. ſemper videt
electa induſtria perſonæ:nec poteſt ſeruire per ſubſtitutum.fa
cit tex.v.q.iij.c.in criminali.vbi dicit,ꝙ qñ diceretur,ꝙ actus
fieret per manus ꝓprias,vel ꝑ ſe,nō poteſt fieri per ſubſtitutū.
d.§.ne aūt.ver.in oībus glo.eſt ſingu.in cle. de vit. & honeſt
cle.quā alleg.d.Card.in cle.j.de iureiu.facit qđ no.Bal.in c.ꝑ
§.furtū.de pace iur.fir.& Dñicus in c.ſi qs viduā.in eo.titu.Et
ideo Bar.in l.ꝑ hāc.de erog.mili.anno.ſi dicat, quod annona
manu ꝓpria capiat per ſtipēdiarios:nō pōt quis capere ſtipen
diū ſuū per ſubſtitutū.bene facit tex.in l.probatorias.vbi ma-
nu principis.C.de diuer.offi & ibi Bar.etiā de eo , qui aliena-
uit cā mutādi iudicij in potentiorē,nō ratione officij:qa tūc tā
tum per ſe litigare,nō aūt poterit per ſubſtitutū.tex. eſt in l.ſi
miles.ff.de alie.iudi.mut.cā fac.Sed his,in omnibus rñde: ꝙ ꝑ
alia verba loquunt,ꝙ in caſu de quo hic.ꝑ Bart.vel pōt clara
dari rñſio,ꝓut apparet ex verbis Bal.in d.l.parabolani. Et in
materia etiā adde,qđ no.Bar.in l.ij.de condi.in publ.horreis.
lib.x.& bonus tex.& ibi Bar.in l.ſi nullus.C.de decur.& l.ne
minem.eo.tit.& in d.c.extirpādæ.in §.quia verò.in pe. col.in
ver.& faciūt iſta &c.Et adde ꝙ in caſibus , in quibus dicit ꝓ-
pter electionē induſtriæ perſonæ,actū non poſſe fieri per ſub-
ſtitutū:videt procedere,niſi ſuperueniat aliqua dignitas prin
cipali:quia tūc poſſet per ſubſtitutū.caſus in l.quiſqs. de epiſ.
& cle.& dicit ibi Bal.poſt Iacobut.ꝙ ſi ſcriptor, qui promiſit
ſcribere librū,& cuius induſtria videt electa,efficiat rector ſtu
dij:ꝙ poterit ſcribere per ſubſtitutū.Et adde,ꝙ vbicūqꝫ ꝓmit
to per me,& hæredē meum aliquid facere:puta,domū ædifica
re,poſſum facere ꝑ ſubſtitutū:quia appoſitio hęredis, facit ne
videat electa induſtria ꝑſonæ.Bal.poſt Cy.in l.quiſqs præal-
leg.cum induſtrialia ad hæredē nō trāſeant:vt eſt tex.no.in l.
cui bonis.de cur.furi.& ibi glo.quod no.de quo dicto facit fe
ſtum Pet.de Ancha.in c.ſi à ſubdelegato.de offic.deleg.in vj.
¶Quid aūt ſi cōmittat aliquid cōſciētiæ alicuius:an poſsit fie
ri per ſubſtitutū?gl.eſt ſingularis in l.ſicuti.de arbit.ꝙ dicit ꝙ
nō.Bal.in l.& in epiſtola.C.de fideic.Et adde , ꝙ in omnibus
caſibus,in quibus eſt electa induſtria perſonę, nō pōt actus fie
ri per ſubſtitutū:intelligit,niſi actū faceret per ſuū filiū : vt in
notab.lxxxv.in litera L.Ro.Et an vaſallꝰ poſsit ſeruire ꝑ ſub
ſtitutū,vbi aliàs nō poſſet. Archi.ꝙ ſic.c.epiſcopus. lxxxviij.
diſt.& in c.generaliter.xvj.q.j.& refert & ſequit Ang.in l.o-
mnium.de vſufru.per glo.ibi.faciunt not.per Cy.in l. ad ſimi
litudinem.de epiſ.& cle.& vide per Bar.in materia de nauicu
larijs.& ibi aliquid dixi. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞Fideiuſſorē nō dicit dare,q dat i fideiuſſorē priuilegiatū.
2 Priuilegium,ꝙ de nouo conceditur:non tollit alia priuilegia
petenti indulta.

LEX II.

HAc ſaluberrima. ¶Agentes in rebus, & eo-
rum vxores, ſerui & liberi
in modum ſportularum ſoluendo, ſiue agant, ſiue
conueniantur,illud priuilegiū ſortiūtur,ꝙ ſcrinia-
rij:de qbus dictū eſt ſ.ti.ij.l.in ſacris.nec cogit cōuentus dare
fideiuſſorē extraneū de iudicio ſiſti:ſed ſolū de numero in re-
bus agentiū.& per hoc priuilegiū non tollūtur alia priuilegia
1 eis cōceſſa.h.d.¶†Et no.ꝙ licet nō videatur dare fideiuſſorē,
q dat fideiuſſorē priuilegiatū:vt l.de die.§.qmulierē.ff.q ſatiſ.
cog.& l.j.ff.ſi qs in ius voc.nō ier.tñ fallit in agētibꝰ i rebꝰ,q
dare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1 dare poterũt priuilegiatũ, ſ. vnũ de numero ſuo. ¶† Vltimò
nota. ex ver. cũ ꝑ abſurdũ caſum expꝛſſum, ꝙ nũꝗ ꝑ cõceſsio-
nẽ noui priuilegij intelligunt̃ tolli alia priuilegia eidẽ indulta,
qm̃ nõ debet operari diminutionẽ ĩductã ad augmẽtum: Qua
liter autem ſoluantur iſtæ ſportulæ, habes. ſ. ti. ij. l. in ſacris.

*De principibus agentium in rebus. Rubrica.*

LEX I.

**A**Gentes. Finito labore agentiũ in rebus agẽs
princeps agentium eſt creandus:
nec põt ad aliquas publicas vel priuatas fun-
ctiones vocari, niſi de Principis ſcientia: nec
vexari poteſt corã alio iudice, niſi corã Princi
pe: nec patronus cauſarum poteſt ignorante
Principe contra eũ aliquid poſtulare, & contrafacientes pœna
decem librarum auri puniuntur. h. d. iſta lex. Barto.

LEX II.

**O**Mnia. Oẽs agentes in rebus ſunt ſub eorũ princi
pe cõueniendi, etiã ſi ſenatoria dignitate
ꝓfulgeãt: actus verò q ſunt ſoliti expediri ꝑ cœtũ
ſenatus, expedient̃ per ipſum aliquo reſcripto ſur-
reptio non obſtante. h. d.

LEX III.

**P**Roconſularis. Princeps agentium in rebus de
coratur dignitate proconſulari.
hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Qui valetudine corporis officiũ implere nõ potuit, vtitur
priuilegio illius officij ac ſi officium impleuiſſet.
2 Officium decurionum non poteſt continuari, ſed domeſtico-
rum decurionum ſic.

**E**X agentibus. Principes agentium in rebus pñt
habere domeſticos, quorum indu-
ſtriã & fidẽ putãt eſſe comprobatã: licet illi domeſtici
eodẽ officio ſepe functi fuerint: & ſi dicto officio ꝑ xxv. annos
ſeruire nõ poterũt corporis valetudine ĩpediti, & ob hoc ad
honoratiã dignitatẽ Principis bñficio trãſmigrauerint: ijſdẽ
priuilegijs bñficij potient̃, quibus potit̃ fact⁹ Princeps agẽtiũ.
1 h. d. ¶† No. ex hac l. ꝙ q corporis valetudine offm̃ adimplere
nõ potuit: & ob hoc ad aliud offm̃ aſpirauerit, quòd nihilò mi
☞ n⁹ fungit̃ priuilegijs q̃ cõpetũt illis q offm̃ ꝑfecerũt. ☞ Adde
2 Ro. in l. pe. no. xvj. vbi alleg. iſtũ tex. Alex. ¶† Vltimò no. ꝙ
licet offm̃ decurionũ nõ poſsit nec debeat continuari: tñ offm̃
domeſticorũ põt cõtinuari. Vñ qui fuerit familiaris vnius de-
curionũ, põt finito offõ eſſe familiaris ei⁹ ſucceſſoris. qđ not.

**E**Os. Vicarianæ dignitatis titulis honorat̃, q priceps
agentiũ in rebus, aut magiſter officiorũ eſt effe-
ctus. hoc dicit.

**P**Rincipes. Princeps agentium in rebus cingulo comi
tiuę primi ordinis fungitur. Bartol.

**Q**Vicunque. Militans in ſchola agentium, ſi
fuerit de corpore cohorta-
lium, licet princeps agentium in rebus factus
ſit, filium, curiæ obligatum relinquet. ſed ſi ſu-
ſceperit poſtꝗ princeps factus fuerit, liber erit à
curia. h. d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Poſsidẽs immobilia in loco vbi iudicium agitur, non tenet̃
ſatiſdare. ſecus ſi poſsidet extra illum locum: quia ſatiſdat.
2 Arbiter debet habere ſalarium à partibus.

**M**Vltis. Agentes in reb⁹ cõuenti noĩe ſportularũ co-
ram maioribus iudicibus ſoluent vnũ ſolidũ
tm̃ executoribus. Apparitoribus verò præſidis, vel
alicuius vicarij tertiã partẽ ſolidi, fideiuſſoreſqꝫ de iudicio ſiſti
de eo numero dare pñt: & ſi poſsident immobilia in prouin-
cia, vel in vrbe nõ ſatiſdãt: ſed eorũ iuratorię cautioni cõmitti
tur: nec cõueniri, nec citari pñt, niſi in ſcriptis. Pro ſcribẽdo ve
rò reſcriptũ principis, vel libellum in libro iudicis, ſoluent exe-
cutoribus ſolidũ vnũ: & cũ exẽplũ actorũ petitur, ſoluẽt ſoli-
dũ vnũ. Pro ſcribẽdo verò epiſtolã citatoriã nõ vltra tres ſoli
dos. Si verò corã arbitris litigauerint ipſis arbitris vnũ ſolidũ
tm̃ patrono fiſci dimidiũ ſolidi: notarijs verò ꝓ editiõe charta
rũ. & ꝓ toto negotio vſqꝫ ad finẽ pagẽdo dimidiã ptẽ ſolidi, ꝓ
introducẽdo iudicio cũ agũt corã iudicib⁹ maiorib⁹ quatuor
ſolidos: & ſi geſtorũ cã corã eiſdẽ conueniant̃ ſolidos duos: &
vltra quãtitates prædictas ſiue agãt ſiue cõueniant̃, vexãdi nõ
☞ ſunt. h. d. ☞ Bene facit text. in l. omnes. ante mediũ de epiſ. &
cle. in §. ſi qs aũt per pecuniã. in aut. de ſanc. epiſ. & no. Barto.
in l. j. q ſatiſ. cog. & in l. prætoriæ. la vltima. ff. de prę. ſtip. facit
l. q filio. vt lega. no. caue. Itẽ in eadẽ ibi, ſolidos binos. No. gl.
quę hic vult ꝙ pro rogatione & etiã ꝓ exemplatione poteſt
notari⁹ accipere mercedẽ. Ita alleg. Ro. in no. v. in litera n. Ad
de gl. & ibi dixi in l. argẽtarius. & ibi per Bar. & Bal. q alleg.
1 hũc tex. adde Bar. in l. ĩ ſacris. de ꝓpoſitis ſacris. Alex. ¶† No.
ex gl. ſuper ver. iuratoriæ. in fi. ꝙ licet poſsidẽs immobilia nõ
teneat̃ ſatiſdare: hoc eſt verũ qñ poſsidet in loco, in quo cõue-
nitur: ſed ſi poſsidet in alio loco, nõ ſufficit. Vñ ſi qs cõuenit̃
2 Peruſij, nõ ſufficit ſi poſsidet immobilia Senis. ¶† Item ex le
a ge iſta habes ꝙ arbiter debet habere ſalarium à partibus.[a]

*De curioſis, & ſtationarijs. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Denuntiationi ſyndici non creditur.
Syndicus ſcienter falſum denuntians punitur.
2 Denuntiator maleficiorum licet non poſsit incarcerare: põt
tamen malefactores fugientes ſub cuſtodia tenere.

LEX I.

b **C**Vrioſi. [b]Denũtians maleficia punit̃ ſi non
probat: & ideo aliũ pro delicto nõ
1 incarcerat. h. d. ¶† No. ex hac l. qđ denuntia-
tioni ſyndici ſimpl̃r nõ eſt credendũ. imò veri
tas exquirenda eſt: & ſi falſum denũtiauit ſciẽ
ter, punit̃ vel ſi parũ probè mouet̃: vt l. diu⁹.
☞ la ij. ff. de cu. reo. & C. de accu. l. ea qdẽ. ☞ Hoc verũ quo ad
puniẽdũ: ſed quo ad inquirendũ faciũt fidem. Ita habet̃ in d. l.
criminoſi. & in c. in omni. & ibi Gof. & Io. An. & But. de teſt.
ita habetur in d. l. diuus. & vide Bar. in cõſi. incip. domino pa-
pæ. in fi. ponit, an fama cum dicto ſyndici denũtiãtis faciat in
dicium ad torturã. & ꝙ credatur ſyndicis: eſt tex. in c. ꝓterea.
de teſt. quẽ alleg. Bal. ad finẽ. Spe. in ti. de accu. in fi. & tales ap
pellãtur teſtes ſynodales, vt ibi. & xxxv. q. vj. ep̃s in ſynodo.
& ibi ponitur forma iuramẽti præſtandi per eos. & Inno. in c.
2 nihil. de elect. Alex. ¶† No. vlt. ꝙ denuntiatores maleficiorũ
non poſſunt alios detrudere in carcerẽ, licet autẽ non poſſunt
incarcerare: tamen malefactores fugientes poſſunt ſub cuſto-
dia tenere: vt ff. de ſer. fug. l. pe. concor. j. eo. l. fi.

LEX II.

**A**Gẽtes. Officiũ agẽtiũ in reb⁹ eſt curã habere ſuper
euictionibus curſus publici, portando pe-
cuniã publicã ꝑ ꝓuinciã, naues cõducendo, & anima
lia ad ferẽdũ annonã: & ali⁹ officialis de hoc nõ debet ſe intro
mittere: cõtrafaciẽs punit̃. ¶ Itẽ ꝓ aĩali in curſu publico nõ du
cto nõ eſt licitũ officiali pecuniã accipere: cõtrafaciẽs quadru
plũ reſtituit. h. d. Et quid ſit curſus public⁹. no. j. de cur. pu. l. j.

LEX III.

**P**Er id tẽpus. Cõdemnatio præfecti facta de agen
te in rebus eſt nulla, niſi talis agens
contra honorem, honeſtatem, & decus ſui officij com
miſerit, quia tunc grauius punitur. Bar.

SVMMARIVM.

1 ☞ Carcerare aliquem, & ſub cuſtodia tenere, ſunt diuerſa.

**A**Gẽtes. Agẽtes in reb⁹, ſinguli per ſingulas prouin
cias ſunt mittendi, in qui euictionibus in-
ſpiciendis curã tm̃ habebũt: & nihil habebunt cũ alijs
iudicibus vel prouincialibus, & alios illicitè nõ vexabunt, de
cauſis non cognoſcent, nec detrudent in carcerem. hoc dicit.
1 ¶† No. ex gl vlt. huius legis ꝙ aliud eſt mittere in carcerem,
aliud ſub cuſtodia detinere. facit de exac. tribu. l. ij.

Additio. Probat tex. in l. j. C. de cuſt. reo. & facit l. ſuccur-
ritur. in fi. qui. ex cau. ma. & vide Bald. in l. quo-
ties. ſ. de exac. trib. & gl. in l. qui neqꝫ. §. ſolutũ. de verb. ſigni.
☞ Alex. ☞ Carcerare, aliud eſt à cuſtodire. Tex. videt̃ in cõtra
riũ in l. aut facta. in §. ſolent. de quæſtio. vbi carcer fit ad cuſto
diã. Ad idem l. j. de priua. carceri. & l. incredibile. C. de pœnis.
qđ eſt verũ vbi fit, aliàs eſt pœna certa ꝓ delicto. Sec⁹ verò vbi
nulla eſſet certa pœna: qa tũc diceretur carcer ad pœnã, nõ ad
cuſtodiã. text. in l. ſenat⁹. de iniurijs. & in l. j. §. fi. de aleatorib.
& Bar. ĩ d. §. ſolent. & in l. imperiũ. de iu. om. iud. Cy. in l. j. C.
de infami. & qd de iure canonico, dic qđ ad pœnã. text. eſt in
c. quãuis. de pœnis. in vj. & vide Ro. in litera i. no. xviij. Alex.

*De palatinis ſacrarum largitionum, & rerum pri-
uatarum. Rubrica.*

¶ Qui autem dicantur palatini, dic vt in glo.

SVMMARIVM.

1 ☞ Onus captionis nõ dicitur extraordinariũ nec ſordidum.

hhh ij

a ¶ A partibus. Ad
de Flo. ĩ l. ſed & lo
ci. §. ĩ iudicio. ff. ſi.
reg. Sed ab extra
q̃ro, nũqd iſtud ſa
lariũ erit aduenti-
tiũ. Dic ꝙ ſic, & ſi
bi acqrit̃: ſed in eo
patri debet̃ vſuſ-
fruct⁹. Ita no. Bal.
in l. cũ oportet. C.
de bo. quę lib. ĩ pe.
co. in fi. ver. idẽ ĩ ſa
larijs arbitrorum.

b ¶ Curioſi. Ad ma
teriã hui⁹ text. ad-
de Ludo. Ro. in l.
pe. ff. ad Syl. & li-
mitavt ꝑ Bal. poſt
but. in l. j. in prin.
C. de erro. aduo.
vbi Iac. dicit ſe vi-
diſſe ꝙ maſſarij ca
pellarum obligati
ad denuntianda
maleficia ſæpe ne-
ſciunt literas. & fa
ciunt ſibi ſcribi à
quodam notario
nomẽ delinquẽtis.
vñ iudex nõ debet
punire maſſarium
ſi reperit̃ error in
denũtiatiõe, niſi cõ
ſtet ꝙ falſo fecerit.
ſed ĩ dubio magis
prꝑſumitur error,
q̃ꝫ malitia. ar. l. pe.
C. de his qui ſi. ad
ſcri. Et adde ꝙ ſi
falſo denũtiet, pu-
nit̃ pœna falſi. l. le
ge Cor. § fin. et ibi
Bar. ff. de fal. puni
tur in expẽſis, ſecũ
dum Bal. in l. ſan-
cimus. in xij. colũ.
C. de iud.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LEX I.

PAlati. Palatini ꝓ capitibus eorũ & iugis tantum pẽſionem fiſco ſoluent: ab alijs verò nume-
1 ribus ſordidis vacãt.h.d. ¶ † No.ꝙ onus capitationis non dicitur onus extraordinariũ, neq; ſordidũ.

SVMMARIVM.

1 ☞ Cõſeruatores monetæ ſi reperiunẽ fraudẽ cõmiſiſſe, nõ admittuntur ad aliud officium.

LEX II.

NVllus. Theſaurarius vł comes theſaurariorũ, ſemel repertus culpabilis ex officio iterato ad eandem militiam non aſpirabit, nec etiam aliam acquire-
1 re poteſt.h.d. ¶ † Not.hic caſum contra conſeruatores monetæ, ꝙ ſi reperti ſunt fraudem comiſiſſe ad aliud officiũ, nec ad
☞ ad aliã dignitatem aſpirare debẽt. ☞ Vide Ang.in aut.de colla.§.iubemus.Alex.

SVMMARIVM.

1 Prælatus malus timet bonum ſubditum.

LEX III.

PRiſco. Singulis annis vnus palatinus mitti debet ad regendum principatum dominorum
1 Cappadociæ.h.d. ¶ † Not.hic gl.ꝙ malus prælat⁹ timet ſubditum bonum.

NIhil. Palatini nihil habẽt cõe cũ alijs iudicib⁹ prouinciarum, ſed excepta reuerẽtia quæ eis debẽt: nõ ſolũ ꝑ iudices minores, verũ etiã ꝑ maiores quilibet iudex debet in ſuo officio deſeruire. Bart.

a Vidam. Effectus princeps palatinorum, ad aliã dignitatem conuolare non poteſt.

b officiis. Præſes palatinus non põt iniũgere aliquod ſordidum munus. Barto.

PLacuit. Palatini per prouincias trãſmiſsi anno elapſo cingulo liberantur.hoc dicit.

NOn aliter. Nullus officiũ ſacrarũ, vł priuatarũ largitionũ aſſumere poteſt, niſi mediante Principis authoritate, vel annotatione.

PAlatinos. Palatini adiutores, & primicerij. officio finito, ſicut agentes in rebus à præbitione tyronum cęteriſq; muneribus ſordidis immunes ſunt.h.d. ¶ Et no.gl.j.quę dicit, de extrema parte pedis tibię & ſotularis.

AD ſimilitudinẽ. Officium palatini quod olim durabat biennio hodie, anno concluditur: ſic ſcriniariorum officium.

VIros. In ciuitate Conſtantinopolitana palatinus apud pręfectũ vrbis nõ cõpellitẽ litigare, niſi ꝑ ſeruitutibus, domibus vel annonis q̃ſtio moueatur. In ꝓuincia verò cognoſcit p̃ſes cõtra palatinũ: ſed in cauſa criminali contra eum non fert ſententiam ex ſuggeſtione comitis, ſub quo militat palatinus.h.d.

INter alias. Palatini primicerij, & tres ſcriniorum primicerij, tribuni prętoriani militari dignitate funguntur: & nulla põt eis iniũgi neceſsitas publica, vel priuata.

IVbemus. Palatini principes eiſdẽ priuilegijs funguntur, quibus palatini ſacrarũ largitionũ. Et ideo primicerij & primates ſcriniorũ Principis finito officio inter milites tribunos enumerantur, & nulla ſolicitudine negotij priuati vel pub. poſſunt vrgeri.

*De ſtratoribus.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Satutum puniens officialẽ non inquirentem, & punientem maleficium factum ſuo tẽpore, intelligiẽ ſi officialis ſciuerit.
2 Statutum dans annũ officiali, intra quem poteſt cognoſcere de maleficio, intelligitur de his quæ clarã ſunt.

LEX vnica.

PEr omnes. Vnus ſolidus ſtratoribus, id eſt, præſidẽtib⁹ ſtabulis Principis ſtipẽdij nomine dandus eſt. & in offerendo equos principi ꝑ ꝓuinciales certa & ęqualis forma ſeruanda eſt, q̃ ſtatuta eſt, ſi aliqs ꝓuincialis ſtratori dederit ob hoc ꝙ non licet ei accipere, punitur. & ſi iudex hoc ſciẽs punire eum neglexerit,
1 centũ librarũ auri pœna puniẽ.h.d. ¶ † No. iſtũ tex. dũ dicit, ſi ſciẽs. qa eſt caſus q. ſtatuti diſponẽtis ꝙ iudex teneaẽ inquirere & punire ſub certa pœna omne homicidium factum ſuo tpe.
2 Nam ita demũ puniẽ, ſi ſciuerit factũ eſſe. † Itẽ facit ad aliud, ſi ſtatutũ dicit & dat poteſtatẽ intra annum cognoſcendi de maleficijs, intelligiẽ de his quę ſunt clara. Et ita dixi in l.j.ff.ſi q
☞ teſt.li.eſſe iuſ.fuerit.Bar. ☞ De hac q.vide ꝑ Bar.& Ang.i.l.ſi.ff.ſi qs teſt.liber eſſe iuſſ.fu.Bal.in.l.cum q.§.in popularibus.de iureiurãdo.& ꝑ Bar.& Ang.& alios in l.j.§.occiſurum.ff.de Syllã.& vide Bart.in l.genero.ff.de infami.in illa quæſtiõe, an ignoranti currat terminus.de qua in l.j.& in l.quandiu.C.q admit.& Bar.in l.caius.ff.de calumnia.& in l.quinquaginta.C.de excuſa.tuto.& l.diuus.circa vltimã col.de cuſto.reo.& l.ſemp.§.hoc interdictũ.qđ vi aut clã.& Io.An.in c.nõ ſeruorũ.de ſeruis nõ ordinã.& per Bald.& Salic.in l.fi.§.de dolo.per Bal.in add.Spec.& in t.de inſtr.edi.in pe.col.& in l.id qđ pauperib⁹.in iij.col.C.de epiſc.& cle.& l.ſi ideo.ff.de his quib⁹ vt indi.& in auth.cui relictũ.de indicta vid.coll.& in l.j.in prin.ff.de cad.tol.& in l.captatorias.§.de teſt.mili.& in l.j.i.ix.q.§.de inſti.& ſubſti.et in l.j.de priua.carce.et in l.j.de his qui à latro.et i l.j.de famoſis libellis.et in c.j.de ꝓhibita feud.ꝑ Lotha.& in diſputatione inci.qđ fœnerator.in j.col.& per Ang.in l.ſi cũ exceptione.§.in hac.ff.qđ me.cauſa.et i §.ſi qs rapuerit.in auth.de ſanctiſ.epi.coll.ix.& videas oẽs: qa multa habes circa dictã q. Sed rememoro ꝙ Bal.in d.l.q̃diu.dixit ꝙ tẽpus à ſtatuto p̃fixũ ad ponendũ ſtatuta in memoriali.& idẽ tenet ipſe in l.itẽ veniũt in §.cũ ante.de pet.hęr.et in d.l.qnquaginta.et in l.pe.de periculo tu.et Pe.de an.in c.canonũ ſtatuta.de q.in ver.alibi quærit Bar.licet Pau.de ca.in l.facta.§.bonorũ.ff.ad Treb.imò tempus currere ignoranti, ſed dari reſtitutionem. Alexã.

*De caſtrenſianis & miniſterianis.* *Rubrica.*

LEX I.

IN officio. Caſtrẽſiani vel miniſteriani officio finito per lapſum biennij, alius ſubrogatur: ipſe autem ad aliud officium nullatenus eligetur.hoc dicit.

LEX II.

SI quis. Si vltimus inter miniſterianos gradum primæ, ſecundæ, vel tertiæ formę inter caſtrenſianos fuerit adeptus: ſcribendus eſt in matricula formæ tertiæ.h.d.

LEX III.

SI qui. Militantes in hac militia, & eorum matres et vxores non poſſunt conueniri in cauſa ciuili vel criminali, niſi ſub comite Caſtrenſianorum.

ANte omnia. Officiales Principis ſumpti ſigillatim annexi coram illuſtri officiorum magiſtro, ipſi & eorum filij, & vxores conueniẽdi ſunt exceptis tributarijs, & munerum functionibus, et delictis in prouincia cõmiſsis, propter quæ cõueniri poſſunt etiã corã alijs iudicibus. Itẽ dicti officiales gaudẽt priuilegio circa ſportulas: qa nõ eas ſoluere tenẽtur, niſi ſcđm modũ hic deſcriptũ: fideiuſſorẽ ẽt de iudicio ſiſti dare poſſunt de eorũ numero, & vbi dare non poſſunt, cõmittitur eorum iuratoriæ cautioni.h.d. Qui autem ſint hi officiales, nõ habemus expreſſum: quia Imperator hoc non dicit: et ideo poteſt dici ꝙ hæc lex ſeruiat nobis de vento.

*De decanis conſtitutio Græca.* *Rubrica.*

LEX I.

QVatuor. Quatuor ex decanis, qui primum locum in ordine tenuerũt per biẽnium, ad primiceriatus officium aſſumuntur: et alij in locũ eorũ debent ſubrogari tranſacto biennio.h.d.

LEX II.

NOſtræ. Decani adhærentes famulatorib⁹ Principis coram illuſtri magiſtro officiorũ conueniendi ſunt.h.d.

*De priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio militant.* *Rubrica.*

LEX I.

A Palatinis. Palatini à cunctis muneribus ſordidis ſunt immunes ipſi, & eorum filij, & nepotes etiam, ipſis & eorũ mancipijs nulla munera debent inferri: contrafacientes puniuntur.h.d.

LEX II.

DE cubiculis. Cubicularij Principis, quibus vacatio eſt concesſa, & memoriales ſcriniorũ, & libellorum, & epiſtolarũ, & etiã palatini, & agẽtes in rebus, & filij, & nepotes eorum ad honores & munera non vocantur inuiti: & à corporalibus & perſonalibus muneribus ſunt immunes.h.d.

Ex aula

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

LEX III.

EXaula. Deſcendētes ab aliquo officio aulæ principis, licet ſint idonei & exempti: tñ ab oibus muneribus & honorib⁹ eis inuitis ſunt expertes. h.d.

OMnes. Qui miſsionem meruit ab officio, quod in palatio principis exercebat, anteferri debet omnibus alijs, qui poſt ad regēdas dignitates, vel prouincias fuerunt aſſumpti: contra facientes pœna hic inſerta puniuntur. h.d.

## *De priuilegijs ſcholarum. Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Prohibitus ad aliqđ officium ex forma ſtatuti, non poteſt ad illud aſſumi ſub alio nomine.

LEX I.

VIris. Magiſtri militū, milites ſenatores, ſcholares ſuos verberare vel degradare non poſſunt: ſed iſtud ſpectat ad officiū magiſtri officiorū. Itē magiſter militum ſuos domeſticos ſenatorios ducenarios vel cētenarios facere nō pōt: pœna cōtra facienti imminēte. Item ꝓhibitus eſt domeſticus ꝑpetuò, vel ad tēpus: alio noīe aſſumpto, colore quęſito nō eſt prohibitiōe durāte aſſumend⁹. h.d.

1 ¶ † No. iſtā l. ꝙ ſi ꝑ formā ſtatuti ꝓhibitū eſt offm̄ cōſeruatio
a nis, ꝙ nō pōt qs ad illud offm̄ aſſumi ſub alio noīe[a] Et hoc ſen
tit gl. hic, dū ſumit argumētū de dño Odone, q fuit ptās Bo-
noniç. Nā cū eſſet ꝓhibit⁹ eſſe Ptās, fuit fact⁹ defenſor: & ſic ha
☞ buit officiū Poteſtatis ☞ Nota iſtud dictum: quia facit con-
tra id, qđ ponit. Bal. in l. Paulus. in §. plurib⁹. de legat & in l. j.
§. j. de poſtu. & in l. j. de varijs & extraord. cognitio. vbi dicit,
ꝙ prohibitus aduocari, nō eſt prohibitus in ſcriptis conſulere,
& ſic per indirectū. Quod dictū ſequit̃ do. Abb. in rub. de po
ſtu. Sed tu potes dicere ſaluando Bar. quòd diuerſa rō eſt inter
aduocare & conſulere: qa aduocare eſt viua vox, conſulere au
tem mortua: quia viua vox plus valet, quā mortua. Bal. in ru-
brica de teſtibus. Alex.

LEX II.

HAc lege. Militans in aliqua militia. qui ſtipendijs decurſis primicerius factus eſt, omnibus priuilegijs ſibi competentibus perfruatur: & etiam in cauſis ciuilibus coram officiorum magiſtro tantū cogitur reſpondere. In criminalibus verò cauſis hoc priuilegium nō ſortitur, ne creſcat officiorum authoritas, & ne publica vacillet vtilitas. h.d. ¶ Et no. ꝙ denegat iuriſdictionē in ciuili, & concedit in criminali hoc officio finito: eo verò durante in vtroqꝫ caſus eſt iuriſdictio denegata. s. de agētibus in rebus. l. ex eo.

SVMMARIVM.

1 ☞ Vidua fungit̃ priuilegio primi mariti, quouſqꝫ fuerit ſecūdo maritata.
2 Priuilegiū cōceſſum mihi & omnib⁹ deſcēdentib⁹ maſculis & fœminis, qñ cōprehendat deſcendētes per lineam fœmininā.
3 Sententia ſine ſcriptis ferri poteſt ſi concurrit partiū volūtas.
4 Solennitati requirenti ſententiā in ſcriptis ferri, & recitari, partes renuntiare poſſunt.

LEX III.

QVoties. Si ſcholaris alicuius ſcholæ coram officiorum magiſtro conuenitur ciuiliter aut etiā criminaliter, non cogitur dare fideiuſſores extraneos, ſed de ſuo numero, dum tamen iurauerit. & quinqꝫ primates eiuſdem ſcholæ ex xxx. viris numerandis à primicerio: vſque ad xxx. retro det fideiuſſores: & ſi quinqꝫ ex prædictis primatibus in fideiuſſores dari non poſſunt, vnus extraneus cum numerario dari poteſt, quod priuilegium habet locum in eis, & eorum vxoribus: & etiam viduis, & matrib⁹ viduis, & liberis, & ſeruis eorum. Et nomina ſportulatum per ſe vel per procuratorem reſpondentes præſtabunt ſecundùm ordinem hic deſcriptum, ſiue coram arbitris, vel officiorum magiſtris, vel coram moderatore prouinciæ ex delegatione cognoſcēte lis agitetur in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, tam ex iuris diſpoſitiōe qꝫ ex voluntate partium. Item ſi commeatum acceperint per ſpaciū quinqꝫ meſium, non poſſunt illo commeatu durante conueniri ciuiliter, ſed criminaliter, pro publicis functionibus tantū. h.
☞ d. ☞ Dominus meus facit mentionem in l. cum quędam puel
la. de iur. om. iudi. poteſt limitari per dicta Bar. in l. fi. §. idē re-
ſcripſerūt. ff. de mu. & ho. & l. originem. s. de mācipijs & origi
1 narijs. li. x. Alex. ¶ In tex. ibi, in viduitate conſtitutæ. ¶ † No.
hic ꝙ mulier vidua fungitur priuilegio mariti, quouſqꝫ ſecūdo
fuerit maritata. Facit ad hoc l. filij. §. vidua ff. ad muni. & s. de
2 dignit. l. mulier. & dixi ibi. No. † ſingulariter iſtū tex. ꝙ ſi pri
uilegium concedatur mihi & omnibus deſcendētibus maſcu-
lis & fœmininis, ꝙ deſcendentes per lineā fœmininā ita demū
fruunt̃ priuilegio ſi ſint viduę: nō aūt ſi ad ſcđm matrimoniū
b conuolauerint.[b] Et poteſt eſſe ratio: quia poſtq̄ virū aſſumūt
in totū, ad aliū dicunt̃ ſe trāſferre, & ſtatutū ſuū mutare, vt no.
3 in d. l. mulieres. ¶ † Vltimò no. ex verbo, conſentiētib⁹. cū gl.
ꝙ de voluntate partiū fieri poteſt vt ſententia ſine ſcriptis fe-
4 ratur. † Et ſic habes ꝙ illa ſolennitas, quę traditur vt ſententia
c feratur in ſcriptis, & recitet̃,[c] vt l. ij. s. de ſen. ex bre. reci. remit-
ti poteſt de partium voluntate. & idē in ſacramento teſtium
remitti pōt: vt no. in l. j. ff. de ſer. & l. ij. § ſed quia. s. de iur. ca-
lū. & idē eſt in libellis: qa libellus pōt omitti licet nō expreſsè
remitti: vt no. in auth. offerat̃. s. de litis cōteſt. & ibi plenè per
Cy. licet quidam cōtra. Et idem eſt in iura. calum. quia omitti
d pōt[d], licet nō expreſsè remitti, vt d. §. licet qa. litis aūt cōteſta
tio, nec tacitè nec expreſsè pōt remitti: vt no. Ioā. And. extra,
te,vide Bar.in l.fi.ſ.de profeſ.& medi.& ibi ſcripſi.Item quid
ſi ſcholaris exercet artẽ,vel officiũ,an gaudeat priuilegio. Dic
ꝙ ſic.ſi principaliter veniat ad ſtudium cauſa ſtudij.l.nõ verũ.
ex quibus cauſis maior.& Franci. Tigrinus in d.§. quibuſdã.
Quid de nõ intrante,ſed ſtudente in domo. Andreas de Iſer-
nia ĩ aut.habita.alle.Hieron. vnũ dicentem,ingenium docile,
ſine magiſtro laudabile eſt:licet Bal.in d.aut. indiſtinctè dixe-
rit,ſcholarem practicantem non gaudere priuilegijs. Alexã.

LEX III.

TYrones. No.cõtra iuuenes doctores q volũt celſiorẽ locũ obtinere, & omnibꝰ anteire: qñ nõ poſſunt:qa tñ illis doctoribꝰ cõcedũt̃, qbꝰ laborũ aſsiduitas & ſtipẽdiorũ ꝓlixitas ſuffragat̃.

*De litorum & itinerum cuſtodia.* *Rubrica.*

LEX vnica.

SAluberrima. In text.ſ.naucleri deponant. Not.hanc l.pro portantibꝰ frumentum & aliud bladũ,qñ timẽt accuſari de cõcuſsione,vt ſemꝑ vadant coram officiali communis & notificent ei ad quem locum portare
velint:nam hoc facto non timebunt de aliqua cõcuſsione,quę
contra eos fieri poſsit.

*De deſertoribus, & occultoribus.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Receptantes rebelles & bannitos ita demum puniuntur,ſi
ſciunt ipſos eſſe rebelles.
2 Domus in qua retinetur ludus,vel ſit proditio,ſi debeat deua-
ſtari ex forma ſtatuti,& retineatur per procuratorem,vel per
eum fiat proditio inſcio domino,qđ domus non deuaſtabit̃,
ſed procurator ipſe tenetur.
3 Officiales diſsimulantes punire malefactores,qua pœna pu-
niuntur.remiſsiuè ad textum.

LEX I.

SI quis. Recipiens ſcienter deſertorẽ in agro vel in domo,ſi eſt actor vel ꝓcurator capitaliter puniet̃:ſi eſt dñs:vl ꝑdiũ cõfiſcabit̃,ſi ipſius eſt.Itẽ manifeſtãs deſertorẽ præmiat̃.Itẽ deſertores ſunt,q tẽpore belli ab ſentauerunt ſe à ſignis.Itẽ ſi ſemetipſum prodi-
derit veniã meretur:punitur verò deſertor pœna mortis vilis,
quã ſi iudex diſsimulat,vel gratia data diſtulerit,ipſe punitur.
1 hoc dicit.¶ In tex.ibi, ſi ſciẽs, prudẽs.¶† Nota pro receptanti
c bus rebelles:[c] quia ita demum ſi ſciant ipſos eſſe rebelles.con-
cord.qđ nota.ff.de recep.l.j.& vide quod dixi ſ.de fabricẽ.l.fi.

In tex

¶† In tex. ibi: vel procurator. ¶ Nota ad q̄ſtionē dicit ſtatutū
2 † ſi in aliqua domo fuit ludus retentus, quòd debet deuaſta-
ri: vel ſi in aliqua domo eſſet ordinata proditio contra cōmu
ne, quod debet deſtrui domus quo'd ſi actor vel procurator re
tinuerit ludum in ea, vel proditionem ordinauit, quòd non de
uaſtabitur domus, ſed procurator punietur: tūc enim ad deua
ſtationem proceditur, cùm dominus domus ſcelera commiſe-
3 rit, vt hic, quod facit ad no. s. de fal. mo. l. j. ¶† Vltimò nota ex
fi. legis magnam pœnam contra officiales qui pœnas legibus
vel ſtatutis impoſitas gratia vel diſsimulatiōe imponere diffe-
runt. de quo hic in glo. vlt. Et ſic facit contra capitaneos Peru-
ſij, qui maleſactores diſsimulant, vt puniant. ad qđ facit qđ s.
☞ diximus. ☞ Adde l. j i fi. & ibi Bal. C. de monopolijs. Alex.

LEX II.

SI deſertores. Deſertor inuentus reſiſtens, vt rebellis punitur. Item diligens debet eſſe iudex ne ſub prætextu alicuius licentiæ deſertor poſsit euadere. h. d. Et nota hic pro rebellibus.

## *De ueteranis.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Veteranus quòd excuſetur à pedagio.
2 Irreuerenter loqui nō dicitur, nec malè, qui Poteſtati dicit, tu.

LEX I.

CVm introiſſent. Veterani gaudēt pri-
uilegijs hic deſcriptis
1 h. d. ¶† No. ex hac l. de pedagio, quod colligi
tur per eum, qui ſtat in porta, & nō permittit
aliquem trāſire, niſi certum quod ei ſoluat,
quòd ab hoc pedagio veteranus excuſatur.
2 † No. in tex. ibi, te nobis. nō eſſe malè locutum ſiue irreueren-
ter, ſi qs Poteſtati dicit, tu, & nos, vos: qa ita hoc fuit dictū Im
peratori. & hoc verum eſt, niſi conſuetudo ſit in contrarium.
☞ Bar. ☞ Adde ꝙ reſcriptum papæ, vitiatur, ſi reſcribit alicui
in plurali dicendo vobis, &c. agatur quinq; illu. perſonæ. tex.
in. c. quàm graui. de crimine fal. licet in c. filius. de teſta. & in c.
j. de peregrinis. loquitur in plurali. Adde etiam ꝙ Imperator
loquit̄ ſibijpſi. l. fi. C. de edēdo. l. j. C. quomodo & quādo iu. &
in l. reſcp. C. de dona. inter vi. & vxor. in l. ſecūda C. ſi pendēte
appel. mors interuenerit. Alex.

LEX II.

PRouidendum. Veteran⁹ factus protector nullis iniurijs eſt pulſandus. cōtra faciens eſt ſecundū qualitatem facti p rectorem prouinciæ puniendus. h. d. Bar.

LEX III.

VEterani. Veteranus qui ſe latrocinio dederit, priuilegijs nudatus competentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. h. d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Lis quòd finiri debet vbi eſt incœpta licet poſt cœptam cō
uentus efficiatur alterius fori.

NVllus. Veteranus effectus inuitus, vel nolēs nō
militat, & ſententia contra eum lata tali
ordine nō valet, niſi dū ipſe militabat, quæſtio in
cognitionē eſſet deducta: quia tūc ibi finit̄, licet ve
teranus ſit effectus, niſi ſpeciali priuilegio contrariū ſit ſibi in-
1 dultum. h. d. ¶† Et nōta ex hac lege quòd licet ego efficiar al-
terius fori lite incœpta cōtra me: tamē iudicium ibidem finiri
a debet, vbi initium accepit.ᵃ concor. ff. de iudic. l. vbi cœptum.
& l. ſi quis poſtea ff. eo. tit. & l. cùm quædam puella. ff. de iur.
omni. iudi.

## *De numerarijs; & actuarijs, &c.* *Rubrica.*

LEX I.

VOrax. Numerarij, i. ſeruiētes rectoribus in
diuerſis obſequijs, tormentis & car-
ceribus puniūtur. h. d. ¶ Nota hanc l. contra
eos, qui volunt ſeruire diuerſis iudicib⁹ in plu
ribus obſequijs, nam puniuntur. Adde quòd
☞ idem tenuit Spec. & Ioan. And. in ti. de inſtrū.
ædi. §. reſtat. ver. quid ſi is. & ver. ex præmiſſ. & de prob. §. j.
ver. illud autē. hoc per tex. in l. Herennius, vbi voluit Bart. ff.
de decurionibus. de qua q. in l. barbarius. per Inno. & alios in
c. j. de fide inſtru. & Gul. de Suza in l. decernimus. de ſac. ſan. ec
cleſi. per Iac. de Bal. in diſputatiōe incipiē. cauetur aliquo iure.
quam ponit poſt l. ij. C. quomodo & qñ iud. Pau. de Leazarijs
in c. cùm dilectus. de fide inſtru. per do. Ant. in repe. c. cōſulta-
tionib⁹. in xxij. co. de iure patro. per Imo. in l. ad teſtiū. de teſt.
per Bal. in l. ij. de ſerui. & aqua. l. nō ignorat, qui accuſ. nō poſ-
ſunt. per Io. Fab. in §. ſed cùm aliquis. Inſti. de teſtamentis per
Ang. in aut. de tabellionibus. §. pe. vel fi. Bal. Sal. & Ang. in l. j.
C. de teſt. vbi limitant eſſe verū, niſi interueniſſet decretū, vel
creatio ſuperioris, quo caſu licet non eſſet tabellio: tñ hoc caſu
valent geſta per eū. Et hoc expreſsè vult Bart. etiam reſpōdēs
ad d. l. j. C. de teſt. quia illa lex nō facit ad propoſitū, ſcd̄m eos:
quia loquitur in actu teſtificandi, qui eſt permiſſus de iure cō-
muni: cùm omnes liberi à natura naſcantur, & per conſequēs
in tali actu non requiritur decretū, ſecus in caſu noſtro. d. l. He-
rennius, & vide Bal. in l. ij. C. de indic. vid. tol. Alex.

LEX II.

QVi numerarii. Numerarij, qui hodie tabula a
rij appellantur, tormētis ſubij
ciuntur, niſi iudicibus vel alijs ad prouinciam p Prin
cipem deſtinatis, nomen debitorum ſubactorum
teſtificatione demonſtrauerint, vt eis indicantibus ad ſolutio-
nem omnes fiſci debitores compellantur, tempuſq; tabulario-
rum triennio concluditur. h. d. ¶ Et no. hanc legem contra ta b
bularios, & conſeruatores, qui non aſsignant numerum debi-
torum communis per publicum inſtrumentum, non faciunt li
tem ſuam per hanc legem. quod nota.

LEX III.

NVmerarios. Tabularij præfecti prætorio, cingulum & ordinem militiæ retinent. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Vnus officialis nō debet ſe intromittere de officio alteri⁹
2 Deputatus ad maleficia de vna porta, non debet ſe intromitte
re de maleficijs alterius portæ.

IN prouinciis. In omni prouincia duo tabula
rij collocantur, vnus ad ratio-
nem artis fiſcalis, alius ſuper titulis largitionalib⁹, i.
ſup donis, quę Principi largiunt̄: nulluſq; debet ſe
de alterius officio immiſcere. & contra faciens punietur. & ce-
1 lans talem culpam ſimiliter eſt puniendus. hoc dicit. ¶† Nota c
hunc tex. ꝙ nūq; vnus officialis debet ſe alteri⁹ officio immiſ-
2 cere, vt hic de executo. & exact. l. ij. ¶† Et ſic eſt caſus hic ꝙ ſi
ſunt plures deputati ad officium maleficiorum, & quilibet p
ſua porta: ꝙ deputatus in vna porta non debet ſcribere in cau
ſis maleficiorum alterius portæ. Caſus eſt hic. ¶ Vltimò nota
gl. quid ſit fiſcus, & quid ſit ærarium.

SVMMARIVM.

1 ☞ Notarius actorum, ſi fiat notarius priorū ciuitatis, nō pro-
pterea deſinit eſſe notarius actorum.

EXceptores. Licet ſcriptor alicuius iudicij exiſtēs
efficiatur decurio, nō deſinit eſſe ſcri-
ptor: & cognoſcere debet munera ciuitatis: & peracto
1 officio ad propriam curam redit. h. d. ¶† Et not. ex hac l. ꝙ ſi
notarius actorum ſit notarius priorum ciuitatis Peruſij: ꝙ nō
propterea deſinit eſſe actorum: ſicuti non deſineret ſi efficeret̄
decurio. hodie tamen nullus decurio poteſt eſſe tabellio: vt s.
de decu. l. vniuerſos.

NE diutius. Numerarij à communione actuariorū abſtinere debent contra facientes puniuntur.

SVMMARIVM.

1 ☞ In creatione officialis mos antiquus ſeruari debet. Syndic⁹
vt dicatur legitimè ordinatus, vniuerſitas mandato ſuperioris
conuocari debet in loco conſueto, & ſono campanæ.
2 Geſta ab officiali, qui comuniter reputatur officialis, cùm non
ſit, quia non fuit legitimè electus, non tenent.
3 Lex Barbarius. de offi. prętoris. quòd non procedit quando qs
non fuit legitimè electus.

ACtuarios. Actuarij ſecundùm conſuetudinem
antiquam ſunt ordinandi. & ſi aliter
factum fuerit, facta ab eis non valent, & ipſi & faciē
1 tes puniuntur. h. d. ¶† Nota ex princip. quòd vbi
cunque creatur officialis aliquis, ſemper debet mos antiquus
ſeruari. aliàs creatio eſſet nulla: vt l. nō tantùm. de decu. Et ſic
eſt caſus quòd ſyndicus creatus non congregata vniuerſitate
ad ſonum campanæ, vel alio modo: vel non congregata in lo
co, vbi aliàs conſueta fuerat congregari, vel non congregata
de mandato ſuperiori, prout conſueuerat: non dicitur legiti-
b mè ordinatus.ᵇ & ita de facto obtinui, per hanc legem. ¶† Ex
2 fi. legis nota quòd licet aliquis habeatur. & reputetur pro pu-
blico officiali, & re vera nō ſit, ex eo qđ nō fuerit legitimè or-
dinatus, vel quia reputatur tabellio, cùm non ſit, vel iudex cū
non ſit: quòd acta facta per eum nullius ſint momenti: & ipſe

a ¶ Accepit. Ad qđ vide latè p Fel. in c. cū ſit. de fo. compe. in v. col. in pri. in verſi. ampliaui conclu.

b ¶ Ordinatus. Sed qđ quādo ſtatutū dicit ꝙ vniuerſitas debeat facere ſyndicū cū authoritate ſeu ptāte p̄ſidis, an ſufficiat ꝙ authoritas ſeu ptās accedat ex interuallo, vide per dominū Soci. in cōſi. xv. in cip. viſis prædictis publicis inſtrumētis. verſ. vel poſ. ſecundo modo circa mediū in dicta pte char. xxv.

c ¶ Adde pro hoc q̄ ſito Bald. in l. habeat. nu. vj. & qđ ibi poſui in apoſt. ad ipſum in verſi. nil operetur cōſenſus ſequens. s. de ſacroſan. eccl. in lect.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

faciens punitur. Nec obſtat l. barbarius. ff. de off. præ. qa quãdoq; quis eſt elect⁹ ſolẽniter: tñ propter defectũ perſonæ non põt eſſe: & tũc facta per eum valẽt, cũ ſint publica, vt ibi. Quãdoq; quis poteſt eſſe, ſed non eſt electus ſecundũ formam debitam: & tunc facta per eum non valent vt hĩc. Et ita tenet Gul. de Cug. in d. l. Barbarius.

Additio. Et, de hoc vide per oẽs ſcribẽtes in l. Barbarius. p illũ tex. de off. præt. per Inno. & alios in c. j. de fi. inſtr. Spe. & Io. And. in ti. de inſtr. ædi. §. reſtat. ver. quid ſi is. & ver. ex præmiſsis ſecũdo. iuncto ver. ſi. & in tit. de proba. §. j. ver. illud autẽ. cum verſi. ſeq. Guid. de Suza. in l. decernim⁹. C. de ſacroſan. eccl. & per Iac. de Are. in diſputa. inci. produco cõtra te inſtrumentum, & per Iac. de Bel. in diſputatione: cauet aliquo iure. & ipſe ponit in l. ij. C. qũo & quãdo iud. per Pau. de Lea. in c. cũ dilectus. de fi. iſtr. p Bal. & Imo. & Pau. de Ca. in l. ad teſtium. de teſt. p Bal. in l. ij. in vlt. colũ. de ſer. & aqua. & in l. non ignorat. C. qui accu. non poſ. p Io. Fab. in §. ſed cũ aliquis. Inſti. de teſt. per Ang. in aut. de tabel. in §. pe. aliàs ſi. p Io. An. in repe. c. conſuluit. in xxxiij. col. de iure patr. per do. Alex. in l. j. ad ſi C. de teſt. vbi omnino videas. Alexã.

a ¶Percuſsit eũ cũ fuſte. Adde Anto. Corſe. ſing. ſuis in ver. conductor. in ci. aliquis cõduxit equũ. vbi allega. iſtũ hic, & eum ſequitur: aſsignat tamẽ aliam rationẽ hic: quæ mihi videtur eſſe potior.

SCriniarios. A præfecto prætorio ſcriniarij vẽ numerarij non poſſunt pecuniam ſumere mutuo, vel aliquid pro expenſis publicis cuiquam promittere. h. d.

NEmini. Nullus in numero militum ordinat⁹ & numeratus actuarius fieri põt: nec actuarius depoſito officio ad aliquam militiam aſpirare poteſt. h. d.

SVMMARIVM.

1 Aſcendere qđ quis debeat de gradu in gradum dignitatibus, non autem deſcendere.

2 Inſtrumentum carens ſolennitate debita, non caret ſuſpicione falſitatis.

NVlli. Scriniarius eoſdẽ numerarios vltra quaternas vices habere nõ poſsit, nec etiã chartularios interpellato tẽpore nõ cõtinuato: & debet eſſe in numerario interuallũ biẽnij, in chartulario anni. Itẽ numerari⁹ ad ſimilitudinẽ chartularij nõ põt deſcẽdere. Itẽ numerarij ſcriniariorũ Oriẽtis, & aſianę, ſcilicet diœceſis, eligũtur de numero hi notato. In diœceſi verò Põtica, & Thraciæ eligi poſſunt hi, quos ſcriniarij dixerũt eligẽdos, inſtrumẽtaq; ab eis facienda ſunt ſolennizãda ſolẽnitate hic deſcripta, aliàs ſuſpicione falſi nõ carent, exceptis hic inferius nominatis. h. d.
1 ¶† No. in dignitatibus quem debere ſemper de gradu in gra-
2 dum aſcendere, nõ autẽ deſcendere. ¶† Vltimò not. q inſtrumẽtũ carẽs ſolennitate debita, nõ eſt ſine ſuſpiciõe falſi. Ad de quòd idẽ tenet Cy. ĩ l. iubem⁹. C. de teſt. vbi dixit quòd notarius talia omittẽs debet puniri de falſo, & parti tenetur ad intereſſe. qđ ſeqt Bart. in l. ſi librarius. de reg. iur. Et adde q tale inſtrumentum non valet, & ſi per imperitiã, & errorẽ notarij eſſet omiſſa ſolennitas aliqua ſubſtãtialis: vt no. gl. & doc. in l. ambiguitates. C. de teſt. & Bal. in l. iuris. C. q admit. & ĩtelligitur ita lex ſi. in ſi. & ibi gl. ṡ. de fideiuſ. ſec⁹ ſi p errorẽ omiſiſſet ſoluere aliquid, quod nõ eſſet neceſſarium: quia poſſet corrigere: quia talis error nõ obeſt. l. errores. ṡ de teſt. & d. l. ſi librari⁹. & l. ſi. §. ſi cum eſſet. ff. de tabulis exhi. & in l. Imperator. ff. de ſtatu ho. Alex.

OFficio. Officiũ actuarij, qđ olim durabat biẽnio, hodie concluditur anno. Bar.

PEr hanc. Officiales præfecti prętorio Illyricani ſi dignitatem comitiuã adipiſcantur, profertur ſentẽtia interlocutoria, ſeu decretum electiõis: & illud dari eis debet: qđ ante hanc legem dabatur cũ officio prędicto depoſito eligebant prętoriani tribuni. h. d.

## *De curſu publico, & angariis, & parãgariis. Rub.*

SVMMARIVM.

1 Conducens equum ad vecturam ſi eum percuſsit fuſte vel ligno, ob quod deterioratus eſt vel mortuus, tenetur.

LEX I.

1 QVos. In tex. ibi: nõ lignis vel fuſtibus. ¶† No. optimam legem cõtra cõductorẽ equorũ, q equũ cõduxit, ad vecturam, & vt ambularet, percuſsit eum cũ fu-
2 ſte a vel ligno, qđ ſi ex hac percuſsiõe equ⁹ deteriorat⁹ ſit, ad eũ periculũ ſpectat: qa nõ debuit eũ pcutere fuſte vel ligno: ſed ſi eũ pcuſsiſſet flagello vel calcarib⁹, & caſu equus eſſet mortu⁹, aut etiã deteriorat⁹: tũc nõ ſperaret ad eũ periculũ: qa licitè potuit equum flagello vel calcari cedere. Bar. Ego puto qđ ſi ſit mortuus ex percutione calcarium, debet inſpici qualitas perſonę, puta ſi erat talis, qui ſolit⁹ erat equitare. nam ſi eſſet talis, qui nõ eſſet, ſolitus equitare, puta in ſcholari: procedat quod hic dicitur. ſed ſi erat ſolit⁹, & bonus equitator, credo q tenetur: quis ſit mortu⁹ calcarib⁹, per no. per Bald. in l. quæ fortuitis. in materia leuis culpæ. C. de pigno. actio. vbi etiam dicit, q nedum de leui, ſed de leuiſsima, & de dolo, non qualitas perſonarum debet referri ad genera culparum. l. fiſc⁹. de leg. ij. & in l. inter artifices. de ſolu. Alex.

SVMMARIVM.

1 Per viam publicam & rectam qđ quis ire teneatur. Suſpicio q ſit contra eos, qui non vadunt per viam rectam.

LEX II.

PRæſidibus. Præſides & rationales, quibus annona per Rempublicam ſubminiſtrat, pro pecoribus gubernandis vſurpare nõ poſſunt bubulcos. Item nullus cum annona aliam viam debet tenere, niſi per publicum curſum, excepto præfecto prætorio, cui per cur-
1 ſum publicum proficiſcendi licentia eſt conceſſa. h. d. ¶† No. ex hac l. q ſemper quis debet ſe tenere ad viam publicam & rectam, qua communiter omnes vtunt, adeò q ſi extra eã reperitur, mala ſuſpicio eſt contra eum. quod no. cõtra portantes cõtra deuetitum. De quo habes caſum j. eo. l. ſi quis per publicũ. & ṡ. de naui. l. qui fiſcales.

SVMMARIVM.

1 Omnes per viam rectam, ſi nõ permittunt ſe ſcrutari, capi poſſunt, & retineri per cuſtodes.

LEX III.

EVectiones. Nullus iudex vel cuſtos publici curſus pati debet per publicũ curſum aliquem ire, niſi vadens primò ſeriem ſuę euectionis oſtendat, & volens reſiſtere aut vltra tẽpus vehere retinebitur vbi fuerit repertus. & ſecundũ qualitatem
1 perſonę per iudicem competẽtem punietur. h. d. ¶† Not. contra illos, qui reperiuntur in itinere: de quibus eſt ſuſpicio, ne aliquid portẽt contra deuetitum. Nam ſi non permittunt tunc ſe ſcrutari, poſſunt capi, & retineri per cuſtodes ad hoc deputatos: & ex ſola reſiſtentia debent acriter puniri, vt hic.

SVMMARIVM.

1 Mulio licet non ſit deſcriptus in licentia mihi data per datiarios portandi res meas extra ciuitatem, tamẽ illas licitè portat.

PArippum. Parippus appellatur qui licentiam habens de duobus vehiculis euehẽdis, tertium euehit, aut euectionem extra ordinem facit. Si autem ſecundùm licentiam ſibi datam quis vehat, non debet delictum reputari ſiue euectionem faciat eue-
1 ctioni prępoſitus, ſiue mulio. hoc dicit. ¶† Nota ex hoc text. quòd ſi gabellarij portarum dederint mihi licentiam portandi mea harneſia extra ciuitatem, & diſtrictum. ſi harneſia portauerim per mulionem, quamuis mulio non ſit in licentia deſcriptus, ſed ſolũ ego: licitè tamen poterunt per eum potari. quod nota. Bar.

SI quis. Iſtam legem nota ad id quod dixi ſuprà eodem. l. ij.

EVectionum. Senatus cum ad principem vadit, habet poteſtatẽ euectionis: & faciens contra vetitum publicum curſum pœna hic inſerta ponitur.

IN omnibus. Stabula prouincialium non debẽt fieri ſumptu publico ſed expenſis prouincialium: pro quibus expenſis habebunt animalium ſtercus. h. d.

IVdicibus. Faciendæ euectionis copia omnibus iudcibus denegatur, excepto prętecto prætorio, & officiorum magiſtro: niſi ob tranſmittẽdas publicas functiones euectionem faciant: pœna contra facientibus imminente. h. d.

GRauiſsimè. Super animalibus ad euectionem curſus publici deputatis nullus contractus locationis, etiam ad vecturam, vel emptionis tenet pœna grauiſsima cõtra facientib⁹ imminente. h. d.

QVoniã. Veredorum ſella cõputato freno & pectorali, cum pectorali debet eſſe ſexaginta librarũ. ſi aũt ſit vltra ſella, cedatur per fruſta. pectorale verò publicatur exceptis illis, qui ſunt ſub

ruſticitate

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ruſticitate conſtituti, qui in ſacculis onera portant. h.d.

NOn patimur. Non debent ruſtici, qui hyppocomi apellantur, perducendo equos per publicum curſum indigna expoliatiõe vexari: pœna contra facientibus imminente. hoc dicit.

S V M M A R I V M.

1 Muli debent onerari ſecundũ onus conſuetum.

Mulus, qui oneraẽ ſecũdũ cõſuetũ, ſi deceſsit, onerãs nõ teneẽ.

PVblici. Exibitio curſus publici ſecundum conſuetudinem locorum committiẽ, vt plauſtra, i. currus faciant onerari. h.d. Vel aliter, currus debet onerari ſecundum
1 cõſuetudinẽ. h.d. ¶† Not. ex hac l. optimum arg. ꝙ muli dñt
onerari ſecundum onus ad portandũ ſufficientes, ſecundũ cõſuetudinẽ reputantur. Et facit ꝙ ſi ego oneraui multũ tuũ cũ onere quinquaginta librarũ, qui bonus & ſufficiẽs reputabaẽ ad tantũ pondus, & cũ fuerit ſic oneratus deceſsit ex põdere: ꝙ ego non teneor: quia permiſſum eſt mihi ipſum onerare ſecundũ conſuetudinem & ſufficientiam, per hanc legem.

SI quis. Mittentes equum in curſum publicum non mittendum: quadruplum pretij dicti equi fiſco reſtituant. hoc dicit.

HIs tantum. Legati gentium Principi non ſubditarum curſu publico poſſunt vti. Et not. arg. pro ambaſiatoribus Florentiæ, vt poſſint onerare equos communis Peruſij, pro portandis rebus eorum Peruſium.

NEmo mulionem. Subtrahens mulionem euectioni deputatum, decem libras argenti fiſco ſoluat. h.d.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Statutum ꝙ poſsit fieri ꝙ præbenda annonę tantũ valeat, dummodo pretium nõ ſit vile.
2 Equus, qui malè paſcitur, non poteſt ambulare.
Conductores equorum teneẽ ad intereſſe, ſi eis non dant bene comedere.
3 Conducens equum ad vecturam, non tenetur ei dare tantam præbẽdam, qñ auena eſt cara, ſicut quando vilis.

ANimalia. Curari debet ne equorũ curſui publico deputatorũ pabula, i. ꝑbẽda cariori pretio vẽdatur: & etiã vt non teneaẽ ꝓuincialis
1 viliori pretio vẽdere. h.d. † No. ꝙ põt fieri ſtatutũ,
ꝙ cũ tyrones cõis Peruſij veniunt ad ciuitatẽ, ꝙ præbẽda annonæ nõ poſsit vẽdi, niſi tãto pretio, dũmodo pretiũ non ſit
2 magis vile ꝙ̃ debeat. ¶† Vltimò nota ꝙ qñ equ⁹ habet malè
ad comedendũ, nõ poteſt ambulare. Et facit cõtra cõductores equorũ ad vecturã, qui nõ dederũt eis bene comedere: quia ſi macri facti ſunt, teneẽ ad intereſſe, per iſtã legẽ cũ gl. qđ no.
3 ¶† Vltimò no. ꝙ eſt argumẽtũ lex iſta ꝙ cõducẽs equũ ad vecturã, nõ tenetur dare equo tãtũ de prębẽda cũ eſt cara, ꝙ̃tum cũ eſt vilis, vel cum iuſto pretio venditur. Barto.

COmperimus. Prouinciales & curiales ad pręſtandum animalia indebita ad curſum publicum non grauantur: quia ſatis eſt ſi conferunt in pabulis & pecunijs equorũ deputatorum curſui publico. h.d. Bar.

NEmo. Nullus dux poſtꝙ̃ ſuũ ducatũ intrauiẽ, debet vti curſu publico, ſed iumẽtis ꝓprijs, quod etiã obſeruatur in officialibus cohortalinis: pœna contra facientibus imminente. h.d.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Clerici qđ collectari & grauari poſſunt ad datia, qñ aliqua ſocietas venit in comitatu deprædando & occidendo.

NVllus. Etiã eccleſia tẽpore expeditionis nõ excuſatur ab angarijs vel parangarijs. h.d.
1 ¶† Nota iſtã legẽ cõtra clericos, vt ꝓpter iſtã ſocietatẽ, quę venit in comitatu depręđãdo, currẽdo & occidẽdo, vt poſsit clerici grauari ad datia & collectas, & alia onera ſordida, vt contra dictas gentes reparetur.

*De tractatorijs, & ſtatiuis. Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 ☞ Licentia datã alicui pro extrahendo frumentũ, vel pannos extra comitatum, ꝙ non extendatur vltra ſeptem dies.

L E X vnica.

TRactatores. Licentia data pro animalibus ad vehendum, & ad arripiendum iter, debet biduum continere: ad moram verò trahendã quinq; dies tm̃: & null⁹ debet dari pro ſe & neceſſarijs ſibi perſonis, niſi illis tm̃, qui animalia curſui publico depu-
1 tata perſequuntur. h.d. ¶† No. ex hac l. optimũ ar. ꝙ ſi alicui
eſt data licentia de extrahẽdo certam quantitatem frumẽti extra ciuitatẽ vel comitatũ: ꝙ hęc licẽtia nõ extẽdiẽ vltra nume-
a rũ ſeptẽ dierũ [a] quorũ qs habet duos ad arripiẽdum iter: alios verò quinq; pro itinere ꝑficiẽdo. Qđ facit ꝓ licentijs quæ dãtur per gabellarios portarum, de extrahendo ſalmas pannorũ
☞ extra diſtrictũ. Bar. ☞ Vide Rom. idem tenentem in rub. de arbitris. in xxxiij. col. in ver. concluſio. Alex.

*De apparitoribus præfecti prætori. & priuilegijs eorum. Rubrica.*

L E X I.

PRæfecturæ. Cornicularij perfectorum completo munere Principis purpuram adorare debent, & cũ ſint otio donati ad aliquod officium non deuocentur. h.d.

L E X II.

PRæfectiarios. Præfectiarij exactiones prouincialibus facere non debẽt: nec etiam habere cuſtodiam horreorum. contrafacientes puniuntur. h.d. Et ſunt præfectiarij officiales præfecti.

L E X III.

COrnicularii. Cornicularij primi ſcrinij præfecti prætorio, ſortita laborum rege priuilegijs hic inſertis gaudent. h.d.

*De appparitoribus præfecti urbis. Rubrica.*

L E X I.

PRætereos. Qui adminiſtrauerunt multa officia in prouincia, officio finito Principis purpuram non adorant. Item apparitor ſedis vrbane illuſtris de cõcuſsione piſtorum conuictus punitur. h.d. cum l. ſeq.

a ¶ Nõ extenditur vltra numerum ſeptem dierum. Ad de Anto. Corſe. in ſing. ſuis in verſic. gabella. glo. iiij. incipien. ſi alicui eſt data licẽtia. vbi allegat & ſeqtur ipſum hic. de quo ꝑ Ro. in repet. rubricę de arbi. col. xix.

*De apparitoribus magiſtri militum, & priuilegijs eorum. Rubrica.*

L E X III.

NVmerarios. Numerarij illuſtrium completa militia & principatus munere functi, gaudẽt priuilegijs hic inſertis. Item qui ſunt de numero militum gaudent priuilegijs eorum. qui verò ſunt vltra numerum, non. h.h. cum l. ſeq.

*De apparitoribus procon. & legatorum. Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 ☞ Magiſtrat⁹ ciuitatis dicitur membrum ciuitatis.

L E X I.

OFficio. Proconſul vel legatus non debet eſſe curialis vel aſcriptus alicui corpori, & ſi adſcriptus eſſet, debet reſtitui ei: & apparitores legatorum debent eſſe quadrin-
1 genti. h.d. cum l. ſeq. ¶† Nota quòd magiſtratus ciuitatis dicitur eſſe membrum ciuitatis.

*De cohorta. & princi. cornicu. ac primi. Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 ☞ Deputatus ad capiendum vel decipiendum malefactores non poteſt ipſos in carcerem mittere.

L E X I.

OMnes. Stationarij, qui Irenarchæ appellantur, non debent facere exactiones, nec aliquem in carcerem mittere, niſi crimen ſit manifeſtum. cõtrafacientes puniuntur. h.d.
1 ¶† Nota ꝙ deputatus ad capiendum malefactores vel ad ipſos denuntiandos non poteſt ipſos in carcerem mittere, etiam ſi crimen ſit notorium. Dixi ſ. de decu. l. fin.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

LEX II.

NVllus. Nullus iudex volentem militare approbare debet, ſine ſacra approbatione, & licentia principis, ſicut facit alia approbatoria, nec permittere etiã vehere, exceptis prouinciæ officialibus, qui curſus publici ſolicitudinem ſuſtinent. h.d. Bar.

LEX III.

SOlita cõ. Solita priuilegia conceſſa per diuum Diocletianum principem confirmantur, & etiã extenduntur, vt j. deſcribitur.

QVicunque. Primipilarius Hoſdrenæ prouinciæ ſi multos habet filios, vnum loco ſui ſubſtituit, alterum tradit curiæ: alteros verò deputabit militiæ cui volet. Si verò duos tantùm habet: tunc ſatisfaciet curiæ & cohorti: & ſi vnum tantũ habet, tradet ordini ſue patriæ priuilegio contra hoc indulto, nullatenus valituro. & qui fuerit ciuitatem obſequio aggregatus, cogi poterit tam ipſe, quàm eius pater ad filium alium curiæ deputandum, qui ſe ob priuilegium patris excuſare volebat, curiæ deſeruire, oſtẽdendo quo modo in patris priuilegium ſucceſsit. h.d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Sententia in criminalibus contra abſentẽ, vbi eſt pœna relegationis ꝙ non valeat.

2 Practica citandi abſentem cũ proceditur cõtra eum.

SI apparitor. Apparitor criminoſus fugiens, eſt citandus. quod niſi venerit intra talem diem feretur contra ipſum ſententia condemnatoria. & ipſo non comparente, condemnabi☞tur. hoc dicit. ☞ Apparitor dicitur nũcius. l. cum clericis. adſi. de epiſ. & cle. & in authẽ. de teſt. in §. ſi verò ignoti. & Ro. in no. lxvj. in litera c. vbi contumax quis non dicitur, niſi prę1cedente contumacia. Alexã. ¶ † Et not. ꝙ licet ſententia nõ valeat, ſi in criminali proferatur contra abſentẽ, vbi eſt pœna relegationis l. abſentem. ff. de pœ. tamẽ contra officialẽ ferri po2teſt, vt l. ne diu. ſ. de pœ. ¶ † Not. etiam glo. hic poſitã ad modum citãdi, cũ debet ferri ſententia contra abſentem: quia debet fieri cõminatio, ꝙ niſi citatus intra talem terminũ veniat, feret̃ ſententia cõdemnatoria cõtra eũ. Nõ ergo ſufficit ipſum citari ſimplr̃ ad ſñiam audiẽdã, ſed quòd veniat: aliàs ſñia feret̃ contra eũ. quod no. Et idem credo in ciuili. vbi lite non cõteſt. poteſt ferri ſententia, vt ſi pars eſt abſens ꝙ debet, fieri commi☞natio modo prędicto: aliàs nõ. ☞ Bal. vult cõtra in l. conſentaneũ. C. quomodo & quando iu. in ij. col. Adde ꝙ Alber. no. Bar. in l. aut qui aliter. in prin. quod vi aut clã. Quid ſi qs fuit citatus ad audiendã voluntatem iudicis, an ſententiã diffinitiua lata valeat. do. de Ro. quòd non in deciſionibus ſuis, deciſione cccxxxvj. Et poteſt eſſe ratio: quia citatio talis dicitur incerta, cùm voluntas iudicis poſsit eſſe in alio quàm in ſententia. l. vbicunq;. de interrog. act. ig. arbi. tamen ꝙ ſi talis citatio non tẽdebat ad aliud, niſi ad ſñiam audiendam, ꝙ ſi talis ſententia teneret, iuxta cle. ſæpe. de verb. ſigni. aliàs de appel. clemen. appel. & l. Titius. de libe. & poſth. & l. certum. ff. ſi cer. pet. Et hoc videtur fuiſſe de mente Bal. in l. cõſentaneum. in ij. col. quomodo & quando iud. Adde glo. in c. contumaciam. in glo. pe. de here. & ibi Imo. & Ananiam in viij. colũ. & in c. ad petitionẽ. de accu. Ro. in litera, ſ. no. xxvj. Alex.

ORdinariorum. Apparitores quorumcunque iudicum non poſſunt ſcribi in numero militum aliquorum, aut contemplatione alicuius ſtipendij relaxari, priuſquam primipili rationem reddiderint, nec etiã petere vt quieti donentur. Item ſolutus militiã ob delictum non ob hoc quietem accipiet. & bona talis delinquentis illi militiæ relinquũtur, hoc dicit Barto.

PEr Illyricum. In Illyrico centum apparitores ſingulis iudicib⁹ obſecũdent, & non vltra, ad quæ obſequia non debutabũtur iniqui: ſed illi tantũ, qui ſolicitudines debitas exequuntur. hoc dicit.

QVicunque. Ad officium emendi chartas, vel tabulas, vbi acta publica Principis deſcribuntur, nullus deputabitur, niſi prius ſuum nomẽ in matricula ſcribi fecerit. h.d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Verbum repedare, idem eſt quod à capite incipere.

SI quis ex grege. Exemptus de grege cohortalium propter crimen, ſi voluerit ad priſtinum ſacramentum repedare, allegare debet & oſtendere Prin1cipis oraculum ex certa ſcientia conceſſum. h.d. ¶ † No. hic de verbo repedare, nam idem ſignificat quod à capite incipere. hoc dicit. Barto.

SI cohortalis. Apparitor cohortalis vel cohorti obnoxius, & eorum filij, nulla temporis præſcriptione obſtante, ad aliam militiam conuolantes retrahi poſſunt ad propriam conditionem. quod etiam in omnibus deputatis alicui negotiationi, vel ergaſterijs obſeruandum eſt, vt non poſsit ad aliqua prouincialium officia conuolare. hoc dicit.

NVllum. Nullus primipilaris, vel cohortalis ad aliam militiam aſpirabit, etiam ex aduocatione Principis: & ſtatim reſtituendus eſt curię ciuitatis vnde oriundus eſt. h.d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Caſus, in quo priuilegium Principis, etiam motu proprio ceſſum non valet.

2 Statutum ꝙ habens vnum officium non debeat aliud acceptare: ſi illud acceptat ꝙ careat officio: quòd nõ debet habere talis acceptans ſalarium primi officij.

QVisquis. Obligat⁹ cohorti, etiã ex priuilegio Principis cõceſſo, motu proprio ad dignitatẽ aliã nõ aſpirabit, & carebit effectu priuilegij, & cõmodũ cohortalis militiæ nõ habe1bit. h.d. ¶ † No. caſum ſingularẽ, in quo priuilegiũ Principis cõceſſum motu proprio nullius eſt momenti. regulariter contra, vt in c. ſi motu ꝓprio. extra, de præbẽ. lib. vj.
2 ¶ † Itẽ hic eſt caſus expreſſus qđ ſi ſtatutũ dicat ꝙ habens vnũ officium non debeat aliud accipere, quòd ſi accipiat, ille, q ſic acceperit, careat officio accepto & eius effectu, & etiam punitur in hoc quòd non debebit habere ſtipendium primi officij, nec ei⁹ priuilegium.

*De diuer. offi. & appari. iudi. &c.* *Rubrica.*

LEX I.

SI quando. Adſtrictus cohortarũ officio vel publicis ratiocinijs ſi ad militiã cõuolauerit ad primum officiũ reuocat̃: & in locum talis reiecti ſubſtituitur alius, quem merita dignum faciunt. h.d.

LEX II.

NVllus. Reſolutus à militia ad eãdẽ non aſpirabit ſine licentia principis: & impetrans contrariũ per obreptionem, punitur in quinq; libris auri. h.d. ☞ Dicit Bal. no. in l. ij. de libertis & eorum liberis, quòd doctor ſolutus & priuatus doctoratu propter delictum, non põt iteratò intrando examen redoctorari. & per eundem in l. ij. de manu. vind. vbi dixit, referendo vltramontanos quòd ſi comes palatinus creauit tabellionẽ, qui poſtea propter delictum fuit priuatus tabellionatu, ꝙ non poteſt de nouo creari per comitem Palatinum. Pro quo facit c. præſul. ij. q. iiij. Alex.

LEX III.

NVllus. Apparitor præfecti prætorio publicæ vtilitatis obtentu, aut etiam executionis priuati negotij, nõ reuocatur ab obſequio ciuitatis vnde oriũdus eſt: aut in qua larem firmum conſtituit pœna imminente vacantibus, & ipſis acceptantibus, quod obſeruatur in domeſticis, & protectoribus in reb⁹ agentibus palatinis & ſtratoribus. hoc dicit.

QVicunque. Apparitor ob culpam vel negligentiam motus officio per ſententiam ad nullam militiam aſpirabit, contrarium facienti pœna grauiſsima infungetur. h.d.

IN his. Nullus debet fieri ꝓcõſul Aſię, comes Oriẽtis, pręfectus Auguſtalis, vel eorum vicari⁹: niſi per ſacri ſcrinij probatoriam conſecretur. pœna contrafacientibus imminente. h.d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iuſtitiæ clauis errat, quando delicta maiorũ nõ puniũtur.

AD ſplendidioris. Qui militiã inferioris gradus ꝑficit, ad maiorem põt accedere: dumtamen faciat propoſito honorem adipiſcendi, non cupiditate lucri: vel vt poſsit delicta iam facta occultare vel habilius in futurũ relinquere. hoc dicit.
1 ¶ † Et not. ꝙ clauis iuſtitiæ multũ errat in hoc, quando delicta maiorum celantur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Statutum licet tollat iuriſdictionem quę habetur à lege nõ tamen tollit quam quis habet ex conſuetudine.

2 Conſuetudo dat iuriſdictionem ordinariam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

VTROS. Duces & apparitores & limitanei caſtrorum
conueniuntur ſub officiorum magiſtro, non
tamē per hoc derogatur iuriſdictioni magiſtri mi-
litum Thraciæ vel Illyrici, qui ex conſuetudine cō-
1 tra eos iuriſdictionē habent. h. d. ¶ † Et nota ex hac l. ꝙ ſi ſta-
tuto caueatur ſcholarem debere conueniri tantum ſub epiſco-
po, & de cōſuetudine eſt quòd rector etiam cognoſcat de his,
ꝙ per iſtud ſtatutum nō derogatur iuriſdictioni rectoris, quā
habet ex cōſuetudine. ſecus ſi eam haberet à lege. Pro hoc facit
2 quod not. in c. j. extra, de conſti. lib. vj. ¶ † Secundò nota ꝙ cō-
a ſuetudo dat iuriſdictionem ordinariam, [a] ſicut lex. & hoc not.
☞ glo. s. de enan. lib. l. j. & fi. ☞ L. cùm prætor. §. j. de iudi. & ibi
glo. & in l. more. ibi doct. & in verbo ſequenti, in verbo, nec
ipſa lit. ff. de iuriſ. om. iudi. de quo per Io. And. in c. j. de offi. or
di. & in c. iij. de cōſue. & in c. Romana circa prin. de fo. cōpe.
in vj. & de excep. in fi. in vj. Facit quod not. in c. cū contingat.
de fo. compe. vide tex. & Bar. in l. fi. §. j. de aqua plu. arc. & ibi
dixi. & Ro. in litera c. not. lxxviij. Alex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Statutum ꝙ inſtrumentum confeſſionatum per manū pu-
blici notarij de cōtractu rogati faciat plenam fidem, & execu
tioni mandetur, non verificatur in inſtrumento exēplato etiā
iudicis authoritate.

PRobatorias. Memoriales & agentes in rebus
& apparitores præfecti prætorio
Orientis, non ſortiuntur præmium militiæ, niſi ſe-
cundum conſuetudinem ſint eorum electiones ma
nu Principis approbatæ, non per literarum exempla: & debēt
1 dicti officiales eſſe fideles Chriſtiani. hoc dicit. ¶ Nota ex glo.
in verbo, authenticis. quod ſi ſtatutum dicit ꝙ inſtrumentum
confeſſionatum per manum publici notarij de cōtractu roga-
ti plenam fidem faciat, & executioni mandetur, ꝙ inſtrumen
tum exemplatum etiam authoritate iudicis non faciat fidem,
nec mādabitur executioni: quia non eſt ſcriptū de manu nota
rij rogati de contractu: & ſic ſtatutū ad id ſe non extendit. ſe-
cus autem ſi illa verba, manu notarij, &c. non eſſent in ſtatuto:
quia tūc illud exemplum authoritate iudicis authenticatū face
ret fidem, & executioni mādaretur: vt l. chirographis. ff. de ad
mi. tut. Dixi in aut. vt ſpon. largi. §. ſi quis in aliquo. s. de eden.
☞ Vide ſecundū do. Cardi. in c. j. de vit. & honeſt. cle. & tex. de
pœni. diſt. j. c. periculoſe. & quod dixit Bal. in c. j. §. furtum. de
pace iur. fir. & Ioā. And. in c. ſicut dignum. de homi. & Domi-
nicus ī c. ſi quis viduam. l. diſt. in ea. l. in fi. adde Ang. in aut. vt
frat. filij. §. j. in fi. No. iſtam l. probatorias. ibi, manu principis:
quia per eam patet ꝙ vbi debet fieri aliquid per manus alicu-
ius, nō poteſt tale quid fieri per aliū. quod nota propter id qđ
hic dicit Bar. ad de l. ſingulos. ff. de teſt. per glo. ibi: proprio chi
rographo. & quod dicit do. Card. in Clemē. j. de iureiur. per il
lum tex. in verbo, pman⁹ noſtras. vbi dixit, ꝙ quoties in ſtatu
to vel reſcripto dicitur aliquid debere fieri per manus noſtras,
non poteſt fieri per ſubſtitutum. Allegat gl. ſingularē in cle. j.
de vita & hone. cler. & Io. And. in c. ſicut dignū. de homicid.
vbi dicitur, ſi occiderit ſuis manibus, ꝙ non habet locū ſi per
alium occiderit. De quo Dominicus in c. ſi quis viduam. l. diſt.
quod dictum fuit originaliter Iac. de Bel. vt refert Bal. in c. j. §.
furtum. de pace iur. firman. Facit de pœni. diſtin. j. c. periculoſe.
Adde cle. ſicuti. de arbi. & tex. in l. ſæpe. de pffi. prēſi. & ī l. nul
li. ibi, pro ſua cōſcientia. de epiſ. & cle. vbi Bal. vide quę ſcripſi
poſt Bar. in l. penul. de princ. agen. in reb. lib. xij. Adde tex. &
ibi Abb. in c. licet ex quadam. de teſti. ibi, proprio iuramento.
& Ro. in litera r. notabili l.

HAc ſanctione. Approbatio facta per princi-
pem militis militare volentis,
habens ſubſcriptionem Principis & adminiſtran-
tium, ſub quibus ipſe debet militare, ipſi traditur:
exemplum verò eorūdem iudicio ſubſcriptionem habēs apud
officium dimittitur. ¶ Item iſtis approbatorijs egēt tantū illi,
de quibus fit mentio in l. proxi. & egentes, ſi alio modo mili-
tant, puniuntur. h. d. cum l. ſeq.

*De executoribus & exactoribus.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Poteſtas quòd teneatur pro furto, baratatia, & concuſſio-
nibus per eius officiales factis.

LEX I.

NE per diuerſas. Ne apparitores vel palatini exa-
ctores, per prouinciam vagando
inferant prouincialibus moleſtiam: periculum geſtorū
per eos pertinet ad eos, quorum ſunt apparitores, vel exacto-
1 res. h. d. ¶ † Nota hanc legem contra capitaneum, & Poteſta-
tem peruſij, ꝙ ſi eorum officiales, quod per comitatum Peru-
ſij mittunt, aliquod illicitum faciant, puta furtum, baratariam
vel concuſſionem, tenentur ipſi de omnibus geſtis & factis p
b eos [b].

LEX II.

QVicunque. Deputatus ad officiū, ſe nō intromit-
tit de officio ſui collegę. h. d. No. hanc
l. ad id qđ dixi s. de numer. l. in prouincijs.

SIue. Exactor intra annum debet oſtendere quid exegit:
& ſi non exegit, cauſam denotare, aliter punitur.
hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Officiali facienti vltra modum reſiſti poteſt propria au-
thoritate.
2 Nuntio pignoranti vltra modū licitè reſiſti poteſt.

COntra. Facienti exactionem vltra modum pōt
licitè reſiſti: & ſi probatur criminoſus,
1 poteſt puniri. h. d. ¶ † Nota officiali facienti vltra
c modum poſſe reſiſti propria authoritate [c]. concor.
2 s. de iur. fiſ. l. defenſionis facultas. ¶ † Vltimò nota hanc legem
contra baiulos, qui ſunt deputati ad pignorandum aliquem.
Nam ſi accipiāt pignora vltra modū debitum, licitè poteſt eis
reſiſti, & debent etiam puniri. quod not. Bart.

SVMMARIVM.

1 ☞ Quis ex neceſſitate aſſumit duo officia, licet nō tria.

SAncimus. Exactor præfecti prætorio anteꝗ̄ exactio-
nem publicarum pecuniarum incœptam
compleat, aliam incipere non poteſt. Si tamē fuerit neceſsitas,
duas exactiones in eadem prouincia ſimul faciendas ſuſcipere
poteſt, ſed non tres. pœna contrafacientibus imminente. h. d.
1 ¶ † Nota quē ex neceſſitate poſſe ſuſcipere duo officia, ſimul
& ſemel: ſed nō tria.

*De lucris aduocatorum & concuſsione officiorum ſiue apparritorum.* *Rubrica.*

LEX I.

SIquis. Cognoſcens ſe læſum à ducenarijs, cētenarijs vel
aduocatis pandat iniuriam, vt dicti officiales cō-
uicti puniantur.

*De primipilo.* *Rubrica.*

LEX III.

CVm ex ſola. Solùm ex cauſa primipili ſi
lius nō exiſtens hæres patris
poteſt conueniri pro patre. in alijs verò ſecus.
☞ h. d. ☞ Not. ꝙ cōmoda officij debentur poſt
adminiſtrationē. quod facit ad not. per Bart.
in l. j. §. diuus. verſi. quid ſi ſit per electum. de
var. & extraor. cogni. & ibi dixi poſt Bar. Alex.

*Publicæ lætitiæ uel conſulum nuntiatores uel inſinuatores conſtitutionum.* *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Officialis, qui diſsimulat maleficia, acriter punitur.

LEX Vnica.

QVicquid noſtrorum. portans trium-
phalia noua Pri-
cipis ſuum ſalarium debet conſequi: non autem
ab alijs quibus portat aliquid vltra percipiet:
pœna contrafacientibus imminente. & etiam
1 officiales, qui prædicta diſsimulant, puniuntur. h. d. ¶ † Not.
iſtam legem contra officiales, qui maleficia diſsimulatione nō
puniunt, nam ſunt acriter puniēdi, vt hic, & s. de deſer. l. j. Ad
præſens hic non habetis alia.

INDEX QVATERNIONVM.
aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh.
Quaterni ſunt.

a ¶ Ordinariam. Ad
quod latè & no. vi
de Feli. in c. cū con
tingat. de fo. cōpe.
in j. col. ver. glo. in
verbo, conſuetudi
ne. & qđ ibi dixi
in apoſtil.
b ¶ Per eos. Adde
Salic. in l. ij. ī fi. C.
de his qui à latro.
¶ Adde Bart. ī l. j.
§. familiæ. ff. de pu
bli. & ī l. ſi poſt de
poſitā. s. de aſſeſ. di
xi poſt Panor. in
c. j. num. viij. ī apo
ſtil. verſ. officium.
extra de reſti. ſpo.
Eſt tū debilis cau-
tela ne teneāt, quā
ponit iſte in l. iure
ciuili. ff. de cōdi. &
demō. Bal. melius
ī l. obſeruare. §. p-
ficiſci. poſt princi.
ver. quid ſi ſtatutū
ff. de offi. procō. &
leg. refert & ſequit
Thomas Ferrari⁹
in ſuo trac. cautel.
cau. xlix. inci. pote
ſtates terrarum.
c ¶ Propria authori
tate. Adde Ludo.
Pon. in l. j. x. co. ff.
de re iudi. & Flor.
in l. quēadmodū.
§. magiſtrat⁹. ff. ad
l. Aql. & do. Ale-
xā. de Imo. in l. ſed
eximēdi. §. item ſi
quis eū. & Pau. de
Caſt. in cōſi. cxcij
vide tū Pau. de ca
& Bar. aliter loqu
tes in l. vt vim. ff. de
iuſt. & iur. & Cy.
in Cle. ij. §. cæteri.
de reg. iur. qđ ōt
reſiſti, qū grauamē
eſt irreparabile alias
nō. & ſequit Dy.
in regula, quis,
in vj.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf